uaſtauit ſm q̄ dr. j. xxxiij. Ve q̄ ſpnis nōne ⁊ ipe ſpnet: Ve q̄ pdaris nōne ⁊ ipſe pdabet: ⁊c. ad eūdē ſenſum reducit trālatio nra. a Qui incredulus est infideliter agit: hoc d: de balthaſar rege babylonis q̄ fuit idolatra: peſſim⁹: vt dr Dañ. v. ⁊ ſic fuit incredul⁹. vl qz dicit Hie. re. xxix. de regni ſui terminatione credidit eſſe falſū: ꝓpter qđ fecit illud cōuiuiū magnū: Dañ. v. Egit etiā infidelit qz vaſa diuino cultui dedicata applicauit vſib⁹ cōib⁹ ſ illo cōuiuio. b Et q̄ depopulator ē vaſtat. qđ intelligik de cyro q̄ babylonē ⁊ multas alias ꝓuincias depopulauit ⁊ vaſtauit. c Aſcēde elām: obſide medos. Omnē gemitū eius ceſſare feci. Propteā repleti ſunt lūbi mei dōloꝛe: et angustia poſſedit me ſicut āgustia pārturiēt. Corrui cū audirē. Emarcuit cor meū: tenebꝛe ſtupefecerūt me. Ponē mēſam. Comedite ⁊ bibite. Surgite p̄ncipes. Preparate clypeum. Hec enī dixit mihi dominꝰ. Vade. Pone ſpeculatoꝛem. Et quodcūq; viderit annunciet. Et vidit currū duōꝝ equitū. Et damauit vt leō. Super ſpeculā domini ego ſuꝛ ſtās iugiter pēr diem: et ſuper cuſtodiā meam. vt per defectum ſeu peccatum meuꝛ diuinis reuelationibus nō ponā impedimētū. ⁊ ſubdit viſio ſibi oſtenſa.

† Abac.1.a
Job.3.b

Eccleſie

a Transgressis noctib⁹. Ut me custodiã ab oi peccato: ⁊ sim oign⁹ audire verbũ dñi. b Ecce iste venit. Q̃ si quis le vidisse significat venire. i. saluatorẽ sup bigã sedẽte: ⁊ de duob⁹ gralibus. i. asino ⁊ camelo vnũ currũ iungentẽ. c Cecidit. c. Cyro ⁊ dario babyloně vastantib⁹ eius idola sunt cõfracta rẽplo Belt subuerso ⁊ igne cõcremato.

d Tritura mea. Quasi o populo q̃ recõdzdus es in horreo meo qui te trui varijs angustijs vt exce terẽ paleas: ⁊ trinci purũ conferre in horreo q̃ audiui a dño. c. d. i. a. v. e Onus duma. Lxx. Idumee q̃ est ,puincia saracenoꝝ. Duma regio idumee: habitatoꝛes eiꝰ de ,pgenie esau q̃ edom: ⁊ seir: Idumei aũt ab assyrijs et chaldeis expugnati sunt sicut et due tribꝰ: q̃ videtes post. lxx. annos duas tribꝰ a seruitio liberati ⁊ se in captiuitate tenẽti: cũ de ea dẽ stirpe fuerint implorabãt auxiliũ dñi: ⁊ hoc est: ad me. c.

f Ad me. c. ⁊c. Deꝰ. i. custos meus die ac nocte me ad penitentiaꝫ vocat: vt relinquẽs sec̃ qui iter̃ ꝑtat hũpidus et pileolus reuertat apud eũ habitaturus. Duma silentiũ. Idumea terrena. Ꝑdsilum⁹ ergo dicere q̃ ad similitudinẽ populi ifrl: vocat gentiũ multitudo: ⁊ vbi prius fuerat silentiuꝫ legis dei ibi sit clamor: cõfessionis. Ꝑdest et ecclesia narrare q̃ dñs de seir. i. de terrenis locis ad me clamet ⁊ ad saluteꝫ ꝓuocet: ⁊ dicat ad eũ. O custos qui de nocte cõsurgens versaris in tenebꝛis q̃ es in carne absq̃ peccato carnis: qua causa voluisti humanũ corpus assumere? Dixit custos samaritanꝰ: q̃ vulneratũ portauit ,ppꝛijs humeris ad stabulũ. Venit mane ⁊ nox: q̃titub⁹. i. sol iusticie: iudeis tenebꝛe. vñ. Et nõ videtes videãt: ⁊ videtes ceci fiant. Roquif deinde gentibus. Si me queritis. studiosius querite. q Venit. m. ⁊c. Quasi populo meo dabo lumẽ leticie reuertenti a captiuitate: vos aũt in nocte captiuitatis derelinquã: q̃ exultastis sup ꝛuinone ꝑpli mei: q̃ ei idumei ꝺ captiuitate ifrl sũt letati. ⁊ ꝓt sũt captiuati. h Si q̃ri. Si q̃rit⁹ meũ aut̃ illũ i necessitate: q̃rite sũr in ,pseritate. Cõuertimini ad me: corde. Venite oratione: ⁊ sic audiã vos.

i Onus i ara. Arabes sũt saraceni ab ismaele: ⁊ cedar filio eiꝰ: q̃ melꝰ ab agar matre sua: agareni: ꝙ maluerũt vocari saraceni quasi sare libere: nõ agar scille sint filij. Qui cũ debuissent panẽ ⁊ aquã dare iudeis fugientibꝰ a facie chaldeoꝝ: panẽ ꝑbẽtes aquã subtraxerũt vt sitiẽtes fatigarẽtur ⁊ perirẽt. Quapꝛopt ⁊ ipsi i captiuitatẽ ducti. Inde alloq̃t deꝰ iudeos fugiẽtes sic. In saltu a. v. d. i.

k In saltu. O indei q̃ obsidionẽ babylonicã fugitet̃ in saltu. i. siluis saracenoꝝ dormiet̃: fugiẽtes chaldeos i semitis dodanim qõ interꝑtat i ,ppinquos vel cognatos. i. via q̃ ducit ad ,ppinquos vꝛos saracenos: l Vespertina. Que ē ,principiũ noctis. Qui peccare incipit: i vespera est. q̃ ad ssimũ venit: i media nocte. Media nocte ꝓ mogenita egypti occidit: Petrus negat: luce iã vicina penitet. m In semitis. Quia vespera ,principiũ malozꝝ Lxx. In via dedan. qõ interꝑtat iudicia. Quot et peccatoꝝ genera: tot indicia. Qui peccatoꝝ ingrediunt̃ viã nõ in agris cõsitis dormiunt: ꝙ saltu infructuoso. vbi vepres: spine: bestie. Nic salꝰ plꝰ deuocauit de exercitu absalonis q̃ gladiꝰ qñ ꝓtra patrẽ rebellãuit. n Occurrentes. i. f. a. Hoc ꝙ eos põt dicit: q̃ ocio ⁊ desidie se tradiderunt et

a f officiũ mihi iniunctũ. vr. f. in tenebꝛis sili ꝓo spiciam ventura. f firmus.

a custodiã meam ego sum: stans
a f non solũ ꝓsperitate.

b totis nõctib⁹. Ecce iste venit vir
a f leo qui supra clamauerat. b f michi verba eiꝰ audire cupienti.

c āscensor bige equitum: et rẽspon
a f iam in ꝑsencia dei. f in aduẽtu meo ꝑmo: et penitus in sebo. b f totius orbis confusio.

c dit. ⁊ dixit: † Cecidit cecidit: bã
a f falsa dogmata: acuto ocumine: dialectice sctra et rhetoricis flucs colorata.

babylon ⁊ omnia sculptilia deoꝛuꝫ
a f Qui de terra ē: de terra loqt. f vox ꝓphete vel xpi: ifi q̃ debui feci tibi: ⁊ ne dicas nõ fuisse dꝛ etã b f o hostilis multis tribulatiõib⁹ exteꝛnata.

d eius contrita sunt in tẽrra. Tri
a f. i. ctpli cõstructi. in area orne idolũ qui ce arenna. b f ifi non sunt mea verba crede: domini enim sunt qui nescit fallere.

tura mea ⁊ filia areę meę: q̃ au
dui a domino exercituum deo

e isrl annũciaui vobis. Onus du
a f adhuc capnum qui est ex seir.

f ma. Ad me clamat ex seir. Cu
a f liberate populum tuum: ifi illis dormiẽtibus ꝓpter vigilas quare ⁊ nos de eodẽ genere simiter non liberas. b f vel quid

stos q̃d ō nocte: custos q̃d de no
a f deus omnipotens. b f tempus liberatiõis nꝛis populo meo.

c f tribulatio idumeis

g cte dixit custos: venit mãe ⁊ nox
a f me b f loco corde c f relinquentes idola.
f penitendo.

b Si q̃ritis: q̃rite: cõuertimi
a f etã sic b f ad me c f de captiuitate.

i ni et vẽnite. Onus in arabia.
a f ad vesperum domoꝛ. sic. ⁊ ad. m. l.

k In saltu ad vesperam dormietis
a f nõ expectetis donec veniat. f o ismaelite.

m in semitis dodanim. Occurrẽtes

dierit ciuitatẽ ⁊c. m Quid de nocte. i. quãtũ remanet nobis de nocte hui⁹ captiuitatis. n Dixit custos. i. dñs loquẽs ꝙ Esaĩ. o Venit mane ⁊ nox. i. mane cõsolationis ⁊ nox tribulationis inducũt a deo ſm merita ⁊ demerita hoĩm. q. d. si vultis crire de captiuitat̃ nocte. p Cõuertimini ⁊ venite. ad me veraciter ⁊ ex corde. iõ subdit: Si queritis q̃rite ⁊c. q Onus i arabia. Hic ꝓpheta scribit ꝙ agarenos q̃ magis ꝓprie sic noiank ꝙ saraceni: eo q̃ descenderũt ab abraã ꝙ ismaelem ancille agar filiũ: sed ipsi vsurpauerũt sibi nomẽ a sara q̃ fuit libera. tẽpoꝛe enim quo nabuchodonosoꝛ vastauit iudeã multi de iudeis fugerũt versus arabiam vbi habitabãt agareni credentes se ibi habere aliq̃s refugiũ: eo q̃ descenderant ab abraam sicut ⁊ ipsi: sed ipsi ecõtrario fuerũt eis nuri. ꝓpter qõ ꝓpheta denũciat eoꝝ punitionẽ. dicẽs: Onus i arabia. Circa qõ sciendũ q̃ duplex ē arabia. f. superior ⁊ inferior. inferior aũt ,ppinqua est iudee ad quã fugerũt iudei: ⁊ illa fuit captiuata a nabuchodonosoꝛ. ꝓpter nuriciã ꝓdictam ⁊ nõ alia: ⁊ ad hoc denotandum dicit hic: Onus in arabia. id est in vna parte arabie ⁊ non in tota: ⁊ nõ dicit onꝰ arabie sicut onus babylõis et aliarum. Consequẽter describit fugam iudeoꝝm. dicens:

r In saltu ad vesperam dormietis. ꝓpter defectum hospitij. q̃ non recipient vos agareni. s In semitis dodanim. nomen est loci ad quẽ est via per saltum illum. t Occurrentes sitienti ferte aquam qui habitatis terram austri: id est o vos agareni qui habitatis in plaga australi respectu iudee. occurrite miserico: diter iudeis

⁊ ꝓpria salute ꝓtenti sunt: nec penitẽtib⁹ ⁊ ꝓuersis manũ porrigũt. a Sitienti fer. aquã. Fangat̃ fratrib⁹ ardoꝛe solis rigũt. a Sitienti fertẽ aquã: ne in solitudine pereant. b Adhuc ⁊c. Quasi q̃ nõ babuistis in eos misericordiã: ꝓpꝛe sustinebat̃ captiuitat̃ miseriã. Post ānũ a indaica captiuitate: ⁊ hierusalem subuersione hi quoq̃ vastati sunt. vnde: Quasi in anno mer. q̃ ē: quõ mercẽnari⁹ annũ sũũ putat velocem ⁊ breuẽ oẽm laboꝛẽ: vũ inhiat ad mercedem: sic ⁊ vobis minimũ restat spatiũ: q̃ ꝓpe est exitium. Sicut ꝛes ann⁹ mercẽnarij cito pꝛeterit: qui tm expectat mercedẽ laboꝛis: vl̃ semꝑ laboꝛat: vt laboꝛis mercedẽ recipiat: sic gloria cedar: qui interpretat̃ tenebꝛe. vnde: Habitanti eũ habitanti bus cedar. Omis quoq̃ sagittarioꝝ id est diuersoꝝ dogmatũ numer⁹: q̃ in saltu arabie vulnerabat redigetur in nihilũ: cũ fugiẽtes fuerint de saltu liberati: ⁊ aquas baptismi acceperint: panemq̃ celestẽ comederint.

Ps. 119. Luc. 19. c

L. XXII

O! Vus vallis. Dieruſalẽ quondã dña gentiũ: ciuitas regis magni: nunc despectiue dicit̃ vallis. nõ enĩ vallis est. qz in mõte est: sed qz humilis est facta: ⁊ vilis subdita idolis: sicut ⁊ castellum despectue dicta est. Jte in castellũ q̃ cõtra vos est: ⁊ bene vallis vi. Jbi enĩ ꝓphetare: qui visiones videre mer̃uerunt: nec ꝓpter hec ad obsidionẽ q̃ facta ē a sennacherib ꝛpte ecpectbie: sed magis ad eã que ꝛpte sedechie a nabuchodonosoꝛ facta est. Onus hereticoꝝ qui de sublimi sensu scripturaꝝ ad infima corruerũt. De vallis visiõis. Lxx. sion. i. specule. f. ecclie. Ibi: Constituus sum rex ab e. ihg. f. m. Qui confidunt in dño sicut mons. f. Et: Diligite dño poꝛ. sup sion oĩa tab. ia.

Ps. 2. Jer. 13. c Judic. 20.

Quidnã

Nico.delyra

indeis fugientibus: qui sunt cognati vestri. a A facie enĩ gladioꝝ fugerunt ⁊c. quasi dicerẽt. ista fuga nõ ꝓcedit ex pusillanimitate sed ex necessitate. ꝓpter qõ debetis eis magis cõpati: ⁊ qz hoc nõ fecistis. ideo subditur pena vestra cũ dicit: b Quoniã hec dicit dñs. cuiꝰ dictũ non potest esse falsum. c Adhuc in vno anno. i. post captiuitatẽ indeoꝝ ꝙ vnum annũ nñ stabitis in gsia ⁊ ꝓtãte vestra.

d Quasi in anno mercẽnarij. i. sicut mercẽnarius cõsiderat finem anni in quo locatꝰ est ad seruiendũ ⁊ recipiendũ premium: sic ego ꝛsidero reddere vobis penam ꝙ vestra nuricia ⁊ nequicia statim illo anno transacto. ideo subdit: e Et auferetur omis gl̃ia cedar. i. terre agarenoꝝm sic nomiate a cedar filio ismaelis. per vnã annum enim post captiuitatem regni inde captiuauit eos nabuchodonosoꝛ. f Et reliquie numeri sagittarioꝝ fortiũ ⁊c. erant enĩ agareni exercitati i arte sagittandi sicut ⁊ ismael eoꝝ pater: vt dicitur Geñ. xxi. Facinsq̃ est inimicis sagittarius. g Dñs enĩ deꝰ ⁊c. cui⁹ verbum est stabile ⁊ firmũ: ⁊ in hoc ostendit ꝓpheta q̃ hec est ꝓpheta predestinatiõis: que infallibiliter adimplebit.

Mozaliter.

c Onus deserti maris ⁊c. Ꝑ deserti maris signatur mũdus. qui sonat in malũ. i. Job. v. Tomo mundus in maligno ꝓsit⁹ est. Et dicit̃ desertũ: eo q̃ est moribus scientꝰ: peccatoꝝ spinis ⁊ vepribꝰ repletus: ⁊ desertũ maris: eo q̃ est turbinibꝰ cauſarũ turbarꝰ: contra ipm dicit ꝓdicatoꝛ veritatis q̃ turbines venũt contra ipm. i. horribiles pene nisi penitear vere. ideo subdit: a Sicut incredulus est. verbis ꝓdicatoꝛis: Infideliter agit. in peccatis pseuerãdo. Et qz talis pseuerantia cõtemptũ parit: sicut dicit Ꝑouer. xviii. Impius cũ in profũdũ peccatoꝝ venerit: cõtempnit. ideo sequit: c Ascende clam. qui interpretat despiciens: ꝓpter quod simes antiqua: ⁊ significat ambitionẽ qua parẽtes ꝓmi voluerunt esse sicut dij Gen. iij. Item medeba aliter interpretat aquie eminẽtes. ideo signat ,pfundũ peccatoꝝ. e Omnẽ gemitũ eius cessare feci. p defectũ penitẽtie. Et quonĩã ꝓdicatoꝛ de ruinis angustiaꝝ. ideo sequit: f Propterea repleti sũt lumbi mei dolore. g Babylon ⁊c. Idem signat hic noie babylonis: qõ ꝓꝛ signatũ est ꝙ desertũ maris. f. mũdus peccatoꝝ plen⁹. de quo ꝛr: Babylon dilecta mea. nõ ,pter culpam: sed ,pter naturã. † Posita ē mihi in miraculũ. i. admirabilis materiã. f. quõ libeꝛ arbitriũ qõ est ordinatũ ad bonũ sic obstinate ꝙuertitur ad malũ. i Pone mẽsam. i. sacrã scripturã tu ꝓdicatoꝛ qui deligeris per Esaiã. k Conteꝑplare in specula diligẽter. videndo ipam. l Comedẽtes ⁊ bibentes surgite ,pncipes. i. vos ꝓdicatoꝛes sacra scriptura refecti: et ,pncipes in exercitu christiano constituti. Ps. cxliij. Constitues eos ,principes ⁊c. m Arripite clypeũ. f. oratiõis denote ad rẽsistendũ potestati diabolice. m Hoc enĩ dixit mihi dñs. per sacrã scripturã vel specialẽ inspiratiõnẽ. n Vade: pone speculatoꝛẽ. i. intellectũ tuũ ad intelligẽdũ. o Et vidit currũ duoꝝ equitũ. ꝓ duas currꝰ rotas duo testamẽta designant. ꝓ duos equites christꝰ ⁊ moyses intelligũtur. q Ascensoꝛ asini. f. xꝑm q̃ pullũ asine dicit̃ equitasse. Matth. xxi. q Et ascensoꝛ cameli. f. moyses populi iudaici ducẽ. camelus enĩ est animal gibbosum. iõ signat populum iudaicũ supbũ ꝛtra deũ. g Sup speculã dñi ego sum stãs. ad scẽdũ eius voluntatẽ. a Ecce venit vir ascensoꝛ. i. virit: accipiẽdo singulare ꝓ plurali: sicut ꝛr Exo. viij. Venit musca grauissima. i. multitudo muscaꝝ: ⁊ isti viri sunt eqꝝ ⁊ dari⁹. ita q̃ ꝓ bigã equitũ idẽ intelligit q̃ supra ꝓ currũ duoꝝ equitũ. e Et respondit ⁊ dixit. f. esaias ꝓpheta q̃ nominatꝰ est hic speculatoꝛ. vt dictũ est. d Cecidit cecidit babylon. ⁊ duplicat cecidit ad maiorẽ affirmationẽ vt cõiter exponit. Ra. Sa. dicit q̃ duplicat ad significandũ duplicẽ babylonie casum. vnũ a cyro ⁊ dario a quib⁹ capta fuit. z incẽsa. aliũ a dño a quo ꝓstea subuersa est taliter q̃ ē inhabitabilis facta: vt dictũ est. ꝛ. xiij. Erit babylon subuersa: sicut subuertit dñs sodomã ⁊ gomorrã. e Et ola ⁊c. qz ꝙ se et medi ea cõsringẽtes: aurũ et argentũ asportauerũt. Cõsequẽter esaias cõuertit se ad loquẽdũ regno inde d. f Tritura mea ⁊c. In dolore hui⁹ filij⁹ idẽ ĩ significat vtroq̃ vocabulo. ꝓpheta ei populũ regni inde vocat tritura suã: ⁊ filiũ seu filiam arene. ꝙ ꝓ intelligit granũ purũ a palea excussum. Intẽtio enĩ eiꝰ erat excutere a populo illo oẽm malicia ⁊ castigare eos ꝙ aliorũ flagellatione ab eo denũciatam. ideo subdit: g Que audiui ⁊c. q̃ fallere nõ potest nec falli. b Annũciaui vobis. in veritate. ꝙ vestrã correctione. Et ꝓ hoc ꝛr q̃ tota pars ista a loco illo: Vade ⁊ pone speculatoꝛẽ ⁊c. intelligit ō esaias ⁊ non de alio ꝓpheta. i Onus duma. Hic ꝓpheta scribit cõtra idumeos q̃ post captiuitatẽ regni in de fuerũt captiuati a nabuchodonosoꝛ ⁊ postea liberatis iudeisq̃ cyrũ ipsi nõ fuerũt liberati: ꝓpter qõ cõquerebant cũ deſecẽdissent de isaac ꝙ esau: sicut filij isrl ꝙ iacob: ꝛs hoc nõ valebat: qz nõ fuerãt ita penitẽtes ⁊ cõuersi ad deũ sicut iudei: ⁊ hoc est qõ ꝛr: Onus duma. i. edom. nomina eni hebraica aliqñ variant̃ a ꝓte principij ⁊ a ꝓte finis sicut ⁊ latina. vnde sicut idẽ nomẽ est Colinꝰ ⁊ Nicolaus: sic edom ⁊ duma.

k Ad me clamat ex seir. i. ꝓplus idumeoꝝ in captiuitate detenꝰ. Edom enĩs et seir nom̃a sũt ciusdẽ terre: Ad me clamat. ꝓ sua liberatiõe. Ra. Sa. dicit q̃ iste clamor intelligit oratio angeli ꝓtidentis ꝓpulo idumeoꝝ. Angeli ei sancti deũ deprecant̃ ꝓ ꝓplo quoꝝ custodie sũt ꝓfecti: vt hꝰ Dan. x. l Custos. i. dñs q̃ es custos olim. f̃m illud Ps. cxxvi. Nisi dñs custodierit ciuitatẽ ⁊c. m Quid de nocte. i. quãtũ remanet nobis de nocte hui⁹ captiuitatis. n Dixit custos. i. dñs loquẽs ꝙ Esaĩ. o Venit mane ⁊ nox. i. mane cõsolationis ⁊ nox tribulationis inducũt a deo ſm merita ⁊ demerita hoĩm. q. d. si vultis crire de captiuitat̃ nocte. p Cõuertimini ⁊ venite. ad me veraciter ⁊ ex corde. iõ subdit: Si queritis q̃rite ⁊c. q Onus i arabia. Hic ꝓpheta scribit ꝙ agarenos q̃ magis ꝓprie sic noiank ꝙ saraceni: eo q̃ descenderũt ab abraã ꝙ ismaelem ancille agar filiũ: sed ipsi vsurpauerũt sibi nomẽ a sara q̃ fuit libera. tẽpoꝛe enim quo nabuchodonosoꝛ vastauit iudeã multi de iudeis fugerũt versus arabiam vbi habitabãt agareni credentes se ibi habere aliq̃s refugiũ: eo q̃ descenderant ab abraam sicut ⁊ ipsi: sed ipsi ecõtrario fuerũt eis nuri. ꝓpter qõ ꝓpheta denũciat eoꝝ punitionẽ. dicẽs: Onus i arabia. Circa qõ sciendũ q̃ duplex ē arabia. f. superior ⁊ inferior. inferior aũt ,ppinqua est iudee ad quã fugerũt iudei: ⁊ illa fuit captiuata a nabuchodonosoꝛ. ꝓpter nuriciã ꝓdictam ⁊ nõ alia: ⁊ ad hoc denotandum dicit hic: Onus in arabia. id est in vna parte arabie ⁊ non in tota: ⁊ nõ dicit onꝰ arabie sicut onus babylõis et aliarum. Consequẽter describit fugam iudeoꝝm. dicens:

r In saltu ad vesperam dormietis. ꝓpter defectum hospitij. q̃ non recipient vos agareni. s In semitis dodanim. nomen est loci ad quẽ est via per saltum illum. t Occurrentes sitienti ferte aquam qui habitatis terram austri: id est o vos agareni qui habitatis in plaga australi respectu iudee. occurrite miserico: diter iudeis fugientibus: qui sunt cognati vestri. a A facie enĩ gladioꝝ fugerunt ⁊c. quasi dicerẽt. ista fuga nõ ꝓcedit ex pusillanimitate sed ex necessitate. ꝓpter qõ debetis eis magis cõpati: ⁊ qz hoc nõ fecistis. ideo subditur pena vestra cũ dicit: b Quoniã hec dicit dñs. cuiꝰ dictũ non potest esse falsum. c Adhuc in vno anno. i. post captiuitatẽ indeoꝝ ꝙ vnum annũ nñ stabitis in gsia ⁊ ꝓtãte vestra.

d Quasi in anno mercẽnarij. i. sicut mercẽnarius cõsiderat finem anni in quo locatꝰ est ad seruiendũ ⁊ recipiendũ premium: sic ego ꝛsidero reddere vobis penam ꝙ vestra nuricia ⁊ nequicia statim illo anno transacto. ideo subdit: e Et auferetur omis gl̃ia cedar. i. terre agarenoꝝm sic nomiate a cedar filio ismaelis. per vnã annum enim post captiuitatem regni inde captiuauit eos nabuchodonosoꝛ. f Et reliquie numeri sagittarioꝝ fortiũ ⁊c. erant enĩ agareni exercitati i arte sagittandi sicut ⁊ ismael eoꝝ pater: vt dicitur Geñ. xxi. Facinsq̃ est inimicis sagittarius. g Dñs enĩ deꝰ ⁊c. cui⁹ verbum est stabile ⁊ firmũ: ⁊ in hoc ostendit ꝓpheta q̃ hec est ꝓpheta predestinatiõis: que infallibiliter adimplebit.

Mozaliter.

c Onus deserti maris ⁊c. Ꝑ deserti maris signatur mũdus. qui sonat in malũ. i. Job. v. Tomo mundus in maligno ꝓsit⁹ est. Et dicit̃ desertũ: eo q̃ est moribus scientꝰ: peccatoꝝ spinis ⁊ vepribꝰ repletus: ⁊ desertũ maris: eo q̃ est turbinibꝰ cauſarũ turbarꝰ: contra ipm dicit ꝓdicatoꝛ veritatis q̃ turbines venũt contra ipm. i. horribiles pene nisi penitear vere. ideo subdit: a Sicut incredulus est. verbis ꝓdicatoꝛis: Infideliter agit. in peccatis pseuerãdo. Et qz talis pseuerantia cõtemptũ parit: sicut dicit Ꝑouer. xviii. Impius cũ in profũdũ peccatoꝝ venerit: cõtempnit. ideo sequit: c Ascende clam. qui interpretat despiciens: ꝓpter quod simes antiqua: ⁊ significat ambitionẽ qua parẽtes ꝓmi voluerunt esse sicut dij Gen. iij. Item medeba aliter interpretat aquie eminẽtes. ideo signat ,pfundũ peccatoꝝ. e Omnẽ gemitũ eius cessare feci. p defectũ penitẽtie. Et quonĩã ꝓdicatoꝛ de ruinis angustiaꝝ. ideo sequit: f Propterea repleti sũt lumbi mei dolore. g Babylon ⁊c. Idem signat hic noie babylonis: qõ ꝓꝛ signatũ est ꝙ desertũ maris. f. mũdus peccatoꝝ plen⁹. de quo ꝛr: Babylon dilecta mea. nõ ,pter culpam: sed ,pter naturã. † Posita ē mihi in miraculũ. i. admirabilis materiã. f. quõ libeꝛ arbitriũ qõ est ordinatũ ad bonũ sic obstinate ꝙuertitur ad malũ. i Pone mẽsam. i. sacrã scripturã tu ꝓdicatoꝛ qui deligeris per Esaiã. k Conteꝑplare in specula diligẽter. videndo ipam. l Comedẽtes ⁊ bibentes surgite ,pncipes. i. vos ꝓdicatoꝛes sacra scriptura refecti: et ,pncipes in exercitu christiano constituti. Ps. cxliij. Constitues eos ,principes ⁊c. m Arripite clypeũ. f. oratiõis denote ad rẽsistendũ potestati diabolice. m Hoc enĩ dixit mihi dñs. per sacrã scripturã vel specialẽ inspiratiõnẽ. n Vade: pone speculatoꝛẽ. i. intellectũ tuũ ad intelligẽdũ. o Et vidit currũ duoꝝ equitũ. ꝓ duas currꝰ rotas duo testamẽta designant. ꝓ duos equites christꝰ ⁊ moyses intelligũtur. q Ascensoꝛ asini. f. xꝑm q̃ pullũ asine dicit̃ equitasse. Matth. xxi. q Et ascensoꝛ cameli. f. moyses populi iudaici ducẽ. camelus enĩ est animal gibbosum. iõ signat populum iudaicũ supbũ ꝛtra deũ. g Sup speculã dñi ego sum stãs. ad scẽdũ eius voluntatẽ. a Ecce venit vir ascensoꝛ. i. virit: accipiẽdo singulare ꝓ plurali: sicut ꝛr Exo. viij. Venit musca grauissima. i. multitudo muscaꝝ. Et isti viri sunt ꝛpꝰ ⁊ moyses. † Et dixit. i. dixerũt ꝛtra petentes obstinatos: contra ꝙs ꝛpꝰ ⁊ moyses locuti sunt. d Cecidit cecidit babylon. ꝓpter q̃ corruit ꝛtra peccatoꝛ

Ma ¶ Quidnam ti. Quasi cū philosophia ⁊ sapiēcia secularis de sublimib⁹ disputās: simplicitatē ecclesie ꝓēpnat: cur tu quoq; sectaris ecclesiā? b ¶ Plena. Doctrina hereticoꝝ plena ē multiloquio ⁊ clamore. c ¶ Interfecti tui. Gallis. s. non: voluntare ꝓpria ad hereticos. s. trāsierunt. ¶ Comparatione eoꝝ qui post pcliū victi sunt infelicius vulnerant qui spōte se tradūt. Quomodo in martyrio q̄ post penas negat leuius punitur q̄ qui sine necessitate christum abnegat.

d ¶ Cuncti pnci. ⁊c. Sicut in Hieremia legit: sedechias nocte p muri foramen cū principibus exiit ⁊ aufugit: sed in campis hierichontinis captus ad nabuchodonosor (qui tūc erat in reblatha: ibi ei manens exercitū suū ad capiendā vrbem premiserat) adducti sunt. Die sedechie filios ante ipm occidi iussit: ipi oculos eruit: ⁊ cecatū secū in babylonē duxit. Principes autē et alij q̄ cū eis capti sunt: aut occisi: aut dure ligati ⁊ in babylonē ducti sunt.

e ¶ Fugerūt. In fuga conrdes: quoꝝ princeps est draco fugiens coluber tortuosus. ¶ Et reuelabit. Lyr. Errozis. Non q̄ fletus ⁊ errozē a dño sit: sed occasione scripturarū quas dedit eis legendas: nascitur errozis occasio: ⁊ possūt dicere: Quare nos errare fecisti a via tua. Vñ: Dedit eis dñs spiritū errozis ⁊c. g ¶ Elam. Civitas in persida prouincia in qua optimi sagittarij. ¶ Elam sumpsit pharetram. Elam ascēsus eorū. i. supbia berciloꝝ sūpsit pharetrā vt sagittet i obscu. rec. corde.

h ¶ Parietē. Ecclesie firmamenta clypeo suo. i. impugnatiōe nudauit.

i ¶ Operimētū: Templū quod a gentibus ⁊ pollutis ante opertum et clausum erat. k ¶ Armamētarium. Juxta templum erat domus quam edificauit dauid ad reponēda arma in cuius circuitu arbores multe. Unde dicit dominus saltus. Ipa quoq; ē lapidea sed lignea. ex humore enim cementi ⁊ lapidum (vt aiunt) eruginat ferrum. l ¶ Et congregastis. Terrā promissionis q̄uis vberrima: magnaꝝ penuriā aque sustinebat: et maxime in hierusalem.

¶ Ideo

a ¶ Vox ꝓphete ex persona spiritussancti. ¶ nō tm alīs.

visionis. Quidnaꝝ tibi quoq; est: a b

a ¶ opinione tua: vnde post humiliaris. b ¶ inter alios. c ¶ plur aliter: quia multa hereticorum varietas. ¶ ad excelsa. d ¶ prius leticie: post tristitie.

qz ascēdisti ⁊ tu ois in tecta clamo c

a ¶ multitudine deceptorum. ¶ populosa.

ris plena: vrbs frequens ciuitas b c

a ¶ tempore dauid ⁊ salomonis. ¶ supbia inflati enim numer: et sanctioza se inuenisse gloriantur. b ¶ maxima sine cerramine et contentione ab hereticis supplantatur pars.

exultās. Interfecti tui ñ interfecti f g

a ¶ sed fame et sit. b ¶ qz oēs fugerunt.

gladio: nec mortui tui mortui bel b

¶ eni. ¶ hereticoꝝ. a ¶ a nobis exierūt: sed ex nobis nō fuerūt. ¶ ad synagogā sathane ab ecclia.

lo. Cūcti pncipes tui fugērūt sil: b c

a ¶ vinculis diaboli. vñ: Dia nra sicut. p. c. d. l. b ¶ qi obturauerūt aures suas vt nō audirēt bonū. c ¶ quos decipiunt heretici se inuenisse gloriantur. ¶ cum principibus

Die.39.a

dureqz ligāti sunt. Omnēs q̄ inuēn i

¶ laqueis peccati. a ¶ a domino. ¶ qi fugiūt.

ti sunt vincti sūt parit: pcul fugē k

¶ ego Esaias. a ¶ cōsolātes. b ¶ o cōprophete.

rūt. Ꝓpterea dixi: recēdite a mē: k

a ¶ Quis infirmat ⁊ ego nō infirmor. b ¶ vastitatem populi mei. ¶ hic samuel plangebat saul: ⁊ hierusalē christus. c ¶ inclinari ad me egrotantem nimio dolore.

amare flebō. Nolite incūbere vt B

a ¶ non filij qui virilitatis pūdicit dignitatem.

cōsolemini me: sup vastitate filiē k

a ¶ i. immer que singulorū opera demonstrer.

ppli mei. Dies eni interfectiōis ⁊ m

¶ nō hierusalē q̄ visio pacis: sed antiq̄ nois ichus: quod interpretatur cōculcatio. ¶ oritur.

pculcatiōis: ⁊ fletuū dño deo exer f l

a ¶ nō in monte visiōis. b ¶ hierusalē. c ¶ faciens scrutari et omnino destruatur.

cituū in vālle visiōnis. Scrutans n

a ¶ hereticoꝝ cōtra ecclesiā construerum. b ¶ exercite. c ¶ doctores q̄ se in christo monte consistere gloriant. vñ: Dentre ascēdam⁹ ad montē ⁊c. ¶ templum quod cuerti fecit. ¶ vel tec.

mūrū: ⁊ māgnific⁹ super montez. o

a ¶ contra populū meum.

Et clā sūpsit pharetrā: ⁊ currū ho p q

a ¶ templi auro vestiti.

minis eqtis: ⁊ parietem nudauit b r

a ¶ fortitudo chaldeoꝝ. b ¶ olim delectabiles. c ¶ humilia dogmata.

clypeus. Et erūt electe valles tue s

a ¶ o hierusalē. b ¶ que cū pharaone submergūtur. ¶ quas nō potuit capere ciuitas. c ¶ qui intrare poterunt.

Pſ.19.

plēne q̄drigāruz: ⁊ equites ponēt t u

a ¶ ne quis effugiat et saluetur. b ¶ ne conclusos in re patiantur exire. ¶ tunc. c ¶ a deo per ecclesiasticos viros.

sedēs suas in pōrta: ⁊ reuelabitur t v

a ¶ ingredientiū⁹ chaldeis. ¶ secretū coꝝ q̄ in fide confessione sunt. b ¶ o vallis sion. ¶ lumine veritatis.

operimēntū iude. Et videbitis in i

a ¶ curtum. ¶ armaturā apli. b ¶ in q̄ cōfitie tur ba gentiū. vñ: Inuenim⁹ eā in campis silue.

die illa armāmētariuz dom⁹ sālt⁹ k

a ¶ scissurata. i. ecclie q̄ multiplicatis vt decepros cōgregarēt. ¶ tunc. b ¶ hierusalē.

⁊ scissurās ciuitatī dō videbit: qz a

a ¶ scissure. a ¶ vos. i. q̄ vidist scissuras ciuitatis dauid. ¶ intra ciuitatē p occultos meatus. ¶ in lacum vnum.

multiplicate sūt. Et congregastis aqs b

vnam partem sit in monte: tamen vna pars ei⁹ est in valle: ⁊ quia ꝓpheta hic denunciat futurā ei⁹ delectionem p nabuchodonosor regem. ideo potius nominat eam nomine vallis q̄ montis.

o ¶ Visionis. quia multi ꝓphete visiones habuerunt de eius destructione. b ¶ Quidnam tibi quoq; est. id est qua de causa. c ¶ Quia ascendisti ⁊ tu omnis in recta. id est ad sacrificanduz idolis sup tecta domorum: vt dicunt cōmuniter exposītores nostri: ⁊ in hoc rangitur culpa ciuitatis ꝓpter quā destructa fuit. s. idolatria. Ra. Sa. exponit q̄ appropinquante exercitu nabuchodonosor ad hierusalē homines ascendebāt super tecta domorum: que sunt plana in terra illa ad considerādum inde magnitudinē exercitus: ⁊ ad projiciendū inde contra aduersarios lapides ⁊ spicula cū machinis ad hoc ibi dispositis. d ¶ Clamoris plena. quia in tali ꝓparatione fit clamor populi.

e ¶ Urbs frequens ciuitas exultans. i. que prius fuisti exultans ex frequētia populi in te habuantis. ¶ Interfecti tui. de populo tuo. g ¶ Non interfecti gladio. nuo: que est mors brevis: sed fame que est mors diuturnior. sm q̄ dicit. iij. Reg. vlt. ¶ Prevaluit fames in ciuitate. b ¶ Cuncti pncipes tui fugerūt. s. sedechias ⁊ viri bellatores: vt habet ibidem. i ¶ Dureqz ligati sunt. qz exercitus regis babylonis cōprehendit sedechiam: ⁊ eos qui erant cū eo. k ¶ Propterea dixi. Nec consequēter ponit cōpassio Esaie ꝓpter malū q̄ videbat futurū genti sue. cū dicit: Propterea dixi: recedite a me. quasi diceret: nolo consolationē humanaz: ⁊ patet littera vsq; ibi: l ¶ Domino deo exercituuz. i. a domino deo exercituū ordinata est: m ¶ Dies interfectionis. populi mei.

n ¶ Scrutans murū. s. domin⁹ faciēs scrutari per chaldeos ⁊ destrui. o ¶ Et magnificus sup montem. s. sion vbi erat templū ⁊ domus regia cū magnis sumptib⁹ ⁊ laboꝝ edificata: que omnia in momento destructa fuerūt a chaldeis: magis virtute diuina q̄ humana ꝓpter idolatrie peccata. Ra. Sa. dicit q̄ ab illo loco: Propterea dixi ⁊c. verba sunt ipius dei cōpatientis populo suo in afflictione posito. vnde ⁊ in libro qui apud hebreos dicitur berakoth. id est benedictionū dicit: q̄ sit deus recordat de destructione templi ⁊ captiuatione iudeoꝝ flet: ⁊ lachrymine eius cadunt in mare: sed hoc dictū falsum est ⁊ puerile. p ¶ Et clā sumpsit pharetram. i. clamite qui sunt optimi sagittarij sumpserunt pharetras ad veniendum cū nabuchodonosor contra hierusalē. q ¶ Et currum. i. currus ad portandū arma ⁊ alia necessaria exercitus. r ¶ Et parietem nudauit clypeus. id est clypei pendentes ad parietes inde fuerunt assumpti a bellatoribus nabuchodonosor: vt venirent ad bellandū contra hierusalē. s ¶ Et erūt electe valles tue. i. in quib⁹ crescebat triticū ⁊ vinum in abundātia. t ¶ Plene quadrigarū. omnia terrenascentia conterentiū. v ¶ Et equites ponent sedes suas. id est custodias suas. x ¶ In porta. id est in portis hierusalem: ita q̄ null⁹ posset ingredi ad auxiliandū: nec exire ad aliis signi ficandū: alias fugiendum. y ¶ Et revelabitur. Hic ponitur destructiōis hierusalē ratio duplex. Secunda ponitur ibi: Et vocabit. Prima ratio fuit: qz non confidebant de deo: sed magis de ꝓpria virtute ⁊ industria ad resistendum nabuchodonosor: ⁊ hoc est quod dicit: Et revelabitur ⁊c. scz templum quod propter sanctitatem sui fit erat opertum q̄ soli sacerdotes intrabant: sed tūc fecerunt inde portaliciū. z ¶ Et videbitis in die illa armamentarium. id est locum vbi reponebantur arma a tempe Salomonis: vt illis te munias contra chaldeos. a ¶ Et scissuras ciuitatis dauid. ad reparandū ⁊ ponendum ibi defensores contra chaldeos ꝓpter loci debilitatem.

b ¶ Et congregastis aquas piscine inferioris. ad prouidendum hominibus ⁊ iumentis de potu in tempore obsidionis.

Et domos

Ideo faciebant cisternas ad colligēdas aquas. fluuius enim iordanis inter galileam ⁊ iudeam fluit: illoꝝ autem ad radicē montis sion oritur. In hierusalem due piscine erant. inferior que ab hostibus capi poterat. superior que non poterat.

a ¶ Et lacum. Non puteum qui aquam vitalez habet ⁊ eternam: sed lacus contritos qui continere non valent aquā.

b ¶ Inter duos mu. s. et nouum ⁊ vetus testamē tum fecerunt sibi nouas aquas quas interiores patant: ⁊ maiora cōtinere mysteria q̄ vet⁹ testamentum. c ¶ Et vocauit. Quotidie pronocat dñs hereticos ad penitētiam ⁊ ad fletum. Beati enī flentes: quia ipi ridebunt. Et ad planctū: ne vocat eos: Lamētamin⁹ vobis ⁊ non planxistis. Et ad caluitiū vt opera mortis radant: ⁊ de cozpore suo quicqd non vtile auferant. Et ad cingulū faccine. p cingulo veste cinganf. Cū nabuchodonosor) sicut Hieremias ostēdit) cepisset obsidere ciuitatem misit dominus hieremiam ad sedechiam et ad iudeos vt peniterēt ⁊ miserēt eis comm: ⁊ vilipendentes ⁊ desperantes dicebant: Comedamus ⁊ bibam⁹: cras enim moriemur.

Dan.5.a

Ioſiæ.1.b

d ¶ Moriamini. Ritus aut cum eis ad inferos descendatis. Hoc nō solum de hereticis: sed de omni eo potest intelligi: qui negligēt peccata sua desperatione peior fit: et voluptatibus irretitus peccato blasphemiā iungit: vt omnem sensum viventiū putet finiri mortē: sm illū epicuri: Post mortem nihil est: ⁊ mors ipsa nihil est. ¶ Que hic dicuntur non pertinent ad captiuitatem factam tempore Ezechie.

e ¶ Sobnam. Uertere nunc: vel conversio interpretatur. cui dicitur: vt conuertatur de lege ad euangelium: ⁊ relictis figuris transeat ad veruz sacrificium. ¶ Sobnas: superb⁹ lupus rapax: b timore perturbans: inferiorem partem vebis tradidit exercitui sennacherib. vnde ei dom⁹ hec mala minatur.

f ¶ Quid tu hic? Ac si diceret: Cur tibi vis edificare domum occidentem litteram: et tabernaculum tuum quod non habet fundamentū in petre figura: id est firmitatem quod non tam tabernaculum et domus q̄ sepulchrum et memoria appellandum.

¶ Coronās

a ¶ Et domos hierusalē numerastis. ad sciendū quot essent tibi psone: ⁊ quot possent eis victualia sufficere. b ¶ Et destruxistis domos ad munien dum murū. id est muros hierusalem ad fortificandū eos de lapidibus ⁊ lignis inde assumptis: ⁊ etiam ne hostes possent ibi habere latibula: loquitur his hic de domib⁹ que erant in suburbijs: que solent destrui ante aduentus aduersariorū ne sint ciuitati obsesse in nocumentū.

c ¶ Et lacū fecistis. id est fossam in qua aqua curret. d ¶ Inter duos muros. ad murorū maiorez fortitudinē. ciuitas enim clausa erat triplici muro. e ¶ Et aquā piscine veteris. s. in statum pristinū restituistis. In obsidione enim plus indiget ciuitas aqua: eo q̄ plures conueniūt ibi ad defensionē ciuitatis: ⁊ ideo quedā piscina que alio tempore nō erat necessaria, ꝓpter quod fuerat derelicta: imminente obsidione fuit reparata. ¶ Et non suspexistis ad eum qui fecerat eam. s. hierusalem.

g ¶ Et operatorem eius de longe. quia ab eterno p ordinauit ibi ponere templum suo nomini dedicatum. b ¶ Non vidistis. ad eius auxiliū recurredo. hoc ponitur ad ostendendus q̄ alias talis preparatio pugne esset licita ⁊ bonas sicut ezechias diligenter se preparauit ad resistēdus sennacherib: vt habetur. iiij. Reg'. ⁊. ij. Paral. quia principaliter de deo cōsidit: ⁊ illud quod erat humane prouidētie non omisit: sed isti diuinam auxiliū totaliter neglexerant in sua virtute ac prouidentia confidentes. i ¶ Et vocabit. Hic ponitur secunda causa destructionis hierusalem. scz contemptus verbi dimini per prophetas eis dicti. ⁊ hoc est quod dicit: Et vocabit dom⁹. s. per prophetas. k ¶ In die illa. s. ante destructionem hierusalem. l ¶ Ad fletum ⁊ ad planctū ⁊c. id est ad debitam contritiōem ⁊ satisfactionem de peccatis: vt euitaretur pena divine vltionis. m ¶ Et ecce gaudium ⁊ letitia. per contrarium in contemptum verbi prophetarū eos ad penitentiā reuocantiū. n ¶ Comedam⁹ et bibamus: cras enim moriemur. hoc enim inter epulas derisorie dicebant: eo q̄ ꝓphete cōminabātur eis captiuitatem ⁊ mortē nisi peniterent: ⁊ quia talis contemptus maliz eoꝝ aggrauabat supra modum. ideo subdit: o ¶ Et revelata est in auribus meis vox dñi exercituuz. ꝓnocati p talem contemptum. p ¶ Si dimittet iniqtas hec. i. non dimittetur: accipiendo si ꝓ non. q ¶ Donec moriemini. non solum corporis morte: sed etiā gehenne ⁊ accipitur hic donec absq; tempis determinatiōe: sicut Psal. cix. Donec ponam inimicos tuos scabel. pedum. r ¶ Hec dicit. Hic psequēter loquit ꝓphet contra sacerdotiū: ⁊ primo contra sobnam i speciali. secūdo contra alios mag' in generali. ibi: In die illa. Prima in duas: quia ꝓmo ponitur ipsius sobne delictio. Secundo eliachim substitutio. ibi: Et erit. Circa ꝓmum sciendum q̄ iste sobna ⁊ ei adherentes suadebant ezechie q̄ redderet se ⁊ ciuitatem sennacherib: vt dicunt hebrei. Esaias aūt persuadebat contrariū: ⁊ quia sobne non fuit factum consilium: ideo partim motus indignatione: partim timore ne sennacherib ex magnitudine porcīe tempalis ciuitatem caperet armis. finaliter cum suis occulte exiuit ⁊ se reddidit assyrijs: ⁊ inde duxit in eoꝝ terrā ibi mortuus fuit: ⁊ hoc est quod ꝓdicitur hic Esaie a dño: s ¶ Vade ingredere ⁊c. ad sobnam ꝓpositum templi. i. summū sacerdotem: vt dicunt aliqui hebrei. Alij vero dicunt q̄ erat thesaurarius ⁊ custos vasoruz templi domini. Primi tamen videntur melius dicere: quia. j. dicit q̄ Eliachim filius helchie fuit substitutus loco eius: qui eliachim fuit sacerdos summus tempore ezechie: vt dicit h Ra. Sa. ⁊ scriptura hoc satis innuit i hoc ea. x. iij. Reg'. xix. t ¶ Quid tu hic. s. agis in templo dei indigne ministrando. v ¶ Aut quasi qs hic: quasi diceret: facto te ostendis ac si esses de genere regis dauid. ideo subditur: x ¶ Quia excidisti tibi hoc sepulchrum ⁊c. Edificauerat enim sibi sepulchrum notabile in ciuitate dauid inter sepulchra regia: vt post mortem esset in memoria celebri: sicut et iosiada summus sacerdos fuerat ibidem sepultus propter bonitatem ipsius: ut habetur. q. Paralip. xxiij. sed non erat simile de isto propter quod primatus fuit intento. ideo subditur:

1.Cor.15.b De pe.di. 2.c.ſi cūi. 8.quis ēm.

§ 2. Ecce

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exo.28.f

a ¶ Coronans corona bit te. Qui.s. quondã habebas coronã pontificis: ꝛ sanctificationem in lamina aurea in qua scriptũ erat nomẽ dei: tribulatione et angustia coronaberis.

b ¶ Tribulatione.

c ¶ Quasi pilam. Sicut spera in loco deliciꝰ ꝛ spatioso stare non potest: sic pplus tuus in orbis termios dispergetur. d ¶ Seruum meum eliachim. Per sobnam superbũ: scribe ꝛ pharisei. Per eliachim iustũ ꝛ humilez (qui interpretatur deꝰ resurgens) christũ intelligimus: qui die tertia resurrexit: et sacerdotio iudeoꝝ reprobato: sacerdos factus est in eternũ ſm ordinem melchisedech. Vic est pater habitantibus in hierusalẽ. i. in ecclia.

¶ Eliachim: deꝰ resurgens: vel dei resurrectio. Filiũ belchie. i. patris domini. ¶ Clauem. Per clauẽ quam sup humerũ portat sceptrũ regni ꝛ signũ victorie. i. crucẽ possumꝰ intelligere: quã xps in suo ꝓpio portauit humero. Vbi: Factꝰ ẽ ꝓncipat sup humeꝝ eiꝰ.

Apoc.3.b

¶ Domꝰ dauid. Domũ dauid vocat domũ dñi in q̃ erat gurea clauis. g ¶ Et aperiet. Qui aprit ꝛ nemo claudit: claudit ꝛ nemo aperit. Quod in passione referauit: claudi nõ poterit. quod l cerimonijs clausit: nemo aperiet. h ¶ Et suspendam. Vnde in euangelio: Omis xplꝰ pendebat ex eo. Vnde ꝙ3 ad verbũ sapiẽ eiꝰ pendẽt.

Apoc.19.g

i ¶ Auferet parillus. Que hic dicunt nõ ptinẽt ad captiuitatem sobne: ꝙ sedechie ꝙ vltima. Et notãdũ cũ supra ꝙ parillum beliachim intelligeret: modo ipm sacerdotiuꝫ pꝰ morte eiꝰ destructũ. adueniẽte eni captiuitate tẽpe sedechie sacerdotio carebãt. ¶ Auferetur par. Cũ plenitudo gentiũ itrauerit: ꝛ antixps venerit in ꝑdicatione belie iudei cõuertentur ad fidẽ.

¶ Onus tyri.

a ſ vt etiam sepultus superbias.

excelſo memoriale: diligẽter in pe

a ſ sepulchrum. b ſ sed. ſ quasi: noli laborare de exclione sepulchri: quia tranferet dominus sacerdotum ruinã.

tra tabernaculũ tibi. Eccẽ domi/

a ſ captiuũ. b ſ facile sine labore.

nus aspõrtari te faciet: sicut aspõr

a ſ qui nutrit galline filios.

tatur gallus gallinatius: et quasi

a ſ leuiter super humerum leuatũ.

a amictũ sic subleuabit te. Coronãs

ſ que facile ima petit.

b coronabit te tribulatiõe: ꝯsi pilam

a ſ a monte glorioſo vallem ignominie.

mittẽs te in terrã latã ꝛ spatiosaz.

a ſ cũ littera tua. b ſ potẽtia.

Vbi mõrieriſ: et ibi erit curꝰ gloriꝫ

a ſ quo auet inclytus ferebatur. ꝛ ſ splendor. ſ. domus domini verteretur in ignominiam.

ſ reddita tibi.

thẽ: ꝛ ignominia domus dõmini

tui. Et expellã te de statiõe tua: et

a ſ cerimonijs scripturarũ translato sacerdotio nec esse est vt lego translatio fiat.

õ ministẽrio tuo õponã te. Et erit

a ſ te cicco de ministerio. ſ de ſ: Magnũ ẽ tibi vocari seruũ meum. ſ depositionis tue.

b in die illa: vocabo seruum meum

a ſ vnum. ſ. de. xxiiij. sacerdotibus qui post sobnã pontifex factus: quia iustus.

eliachim filiũ belchie: ꝛ induã illũ

a ſ vt eparũ ruũ accipiat alter. b ſ vt quod habebas in littera: ille possideat in spiritu.

tunica tua: ꝛ cingulo tuo ꝛfortabo

esi: ꝛ ptatẽ tuã dabo in mãu eiꝰ: et

ſ ru lupus rapax. a ſ vilione pacis. i. ecclia. ſ vbi ẽ vera fides cõfessio. de q̃: fides tua te saluũ fe.

erit ꝯsi pr̃ habitantibus hierlm ꝛ do

a ſ scientiam scripturarum.

mui iuda. Et dabo dauẽ domus

a ſ sanctã scripturã. b ſ vñ: Aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas.

dauid sup humerũ eiꝰ ꝛ aperiet: ꝛ

nõ erit ꝙ claudat. Et claudet ꝛ nõ

erit ꝙ aperiat. Et figam illũ paxil/

a ſ in ecclia. vbi cõuersus fidelium. b ſ metaphorice firmamenti. c ſ caput. ſ. ecclesie. ſ vez ipo rem eiꝰ familia honorez. ſ ideo.

lum i ldco fidẽli: ꝛ erit i solũz ghe

a ſ ecclesie. ſ angelos scẽz. b ſ attendere faciam ad doctrinam eius electos.

dõmui pris sui: ꝛ suspẽdaz super

a ſ ꝯsi paxillũ: ficut in postib⁹ unguis suspẽdunt.

eum õem gliaz domꝰ patris eius.

a ſ eram suspendã. ſ aplos ꝛ omes credentes. ſ cordium. ſ suspendam.

Vbi sor diuersa genera omnevas

a ſ benedicite deo de fontibus israelis: hic miscuit vinum sũ sapientia. b ſ aplis et aliis ꝯmunem doctrinã ministrante ecclesie.

pãruulũ: a vasis craterarum vsqꝫ

a ſ Cantorum qui dulci modulatione corda audiꝝ delectant: et ad dei amorem inuitant.

omne vas musicoꝝ. In die illa dic

a ſ transferetur ad iudeos.

dns exercituũ: auferet paxill⁹ qui

a ſ a ecclesia gentiũ. b ſ refrigescet charitas mul.

fixus fuerat in loco fidẽli: ꝛfrange

a ſ infidelitate. ſ multi ei nmore defecer. b ſ fide.

tur ꝛ cadet: ꝛ pibit qd pẽpenderat

ſ. i. pter.

in eo: quia dns locutus est.

a Ecce dominꝰ asportari te faciet. ab assyrijs.

b Sicut asportatur gallus gallinatius ꝙ. i. per captationẽ in pusillanimitatem galline reductus: ꝛ in hoc designat prophęta ꝙ partim erat ex timore sue ad syrijs redditur.

c Et quasi amictũ sic subleuabit te. id est faciliter ꝛ sine resistentia.

d Coronãs coronabit te tribulatione. id est vndiqꝫ suscitabit tibi tribulationes sicut corona caput circũdat.

e Quasi pilam mittet te. que a ludentibus projcitur de manu ad manum: sic iste sobna primo reddit manibus maiorũ: fuit positus ad manus minorum qui ducerent eum ad terram assyrioꝝ.

f Ibi morieris. ꝛ non hic vbi statuisti tibi sepulchrum.

g Ibi erit currus glorie tue. conuersus in ignominiam.

h Et ignominia domꝰ dñi tui. quia ex ignominia redundabat i templuꝫ dñi cui fuerat prepositus.

i Et expellam te de statione tua. id est de dignitate sacerdotali in qua credis stabilirī.

k Et erit. Vic consequẽter describit ipsi⁹ eliachim substitutio. cum dicit:

l Vocabo seruum meũ eliachim. id est mihi fideliter seruientẽ.

m Et induam illũ tunica tua. id est tunica sacerdotali hyacinthina.

n Et cingulo tuo. de preciositate materie, ꝛ speciositate forme istorũ ornamentorũ summi sacerdotis dictũ fuit diffuse Exo. xxviij.

o Et erit ipse pater habitantib⁹ hierusalẽ. id est habens curaz de eis pastoralem.

p Et dabo clauem domꝰ dauid. id est templi: quod dicit hic domus dauid: eo ꝙ pre cepit ipm fieri ꝙ Salomonẽ filium suũ: ꝛ preparauit expensas ꝙ magna parte: ꝛ tradidit Salomoni descriptionẽ templi ꝛ edificiorũ circa ipm: vt habek. j. Paral. xxviij.

q Super humerũ eius. quasi bajulans onus cure templi ꝛ totius populi.

r Et aperiet ꝛ nõ erit qui claudat. hoc dicit ad ostendendus superioritatẽ eius ad disponendũ de ingressu templi ꝛ ministerij ibidẽ exercendi. ex quo satis ostenditur ꝙ fuit in summo sacerdotio ꝛstitutus.

s Et figam illum paxillũ in loco fidẽli. id est principalez in templo domini.

t Et suspendam sup eum omnẽ gloriam domus patris sui. id est oñes alij sacerdotes ꝛ leuite innitent eius potestati: sicut appensa in paxillo innituntꝫ ei.

v Vasoꝝ diuersa genera ꝛc. per ꝟ innuens ꝙ oñia essent sub ordinatione ꝛ potestate sua.

x Usq; ad omne vas musicoꝝ. Vasa musicorum dicunt hic instrumẽta in ꝙbus cantores cantabant diuinas laudes: modo loquẽdi hebraico quo instrumentũ cuiuslibet artificis dicit vas eius. Exo. j. Reg⁹. xx. vbi dicit: Dedit ergo ionathas arma sua puero. In hebreo habet: Vasa sua.

y In die illa. Hic loquit prophęta etiã contra alios sacerdotes in generali: ſm ꝙ dicunt expositores nostri communiter dicentes: ꝙ hic prophetizat de abiectiõe sacerdotum tempore sedechie: quãdo templuꝫ fuit cõbustum: ꝛ sacerdotes in captiuitatẽ ducti. cũ dicit:

z Auferetur paxillus. id est iosedech qui tunc fuerat summus sacerdos.

a Et peribit qd̃ pependerat ẽ eo: id est alij sacerdotes ꝛ ministri innitentes ei stent principali. Ra. Sa. vero hoc exponit de electione sacerdotij minus generaliter: referens hanc scripturã ad ipm sobnam. de quo. ꝟ. fecerat mentionẽ in speciali: ꝛ hic iterũ vt ostendat delectiones aliorum sibi adherentiũ cum eo: ꝛ ſm hoc cũ dicit: Auferet paxillus: intelligitur ipe sobna qui fuit sacerdos summꝰ. Qui fixus fuerat in loco fidelit: id est constitutus in summo sacerdotio templi: ꝛ ꝙter hoc ballans a pomino: quia ministrabat infideliter ꝛ indigne. Et peribit quod pependerat in eo. i. adherentes sibi: ꝛ videtur ista expositio melior ꝙ prima: quia littera precedenti magis consona.

Ca. XXII

Moraliter.

b Onus vallis visiõis. Dicit ad ſram loquit ꝙter ꝓta iudaicũ ꝙsim. Mystice vero ꝓta maiuz populũ xpianũ: q̃ p iudaicũ signat. j. Cor. x. Omia in figura ꝓtingebãt illis. Qui xplꝰ xpianꝰ ẽ: vallis visionis: eo ꝙ in multꝫ declinãt ab eminẽtia virtut: licet infirmi fide maneant saluandi. ꝛ primo ꝙter ꝓtam regnũ. ꝛ secõ ꝓta sacerdotiũ. ibi: Nec dicit dominꝰ. Circa primũ ad ſram describit destructio regni

iude ꝙ nabucho. tpe sedechie. iiij. Reg⁹. vltꝰ. ꝙ ꝙs significata fuit destructio regni hierosolymitani ꝙ Saladinũ tpe Guidonis regis anno dñi. M. clxxxij. qz tñ valde cõpatiendũ est et dolendũ. Sequit: k Propterea dixi: recedite a me flebo amare ꝛc. Et sicut destructiõis facte sub sedechia fuit duplex causa. s. falsa ꝟsidentia de auxilio egyptꝰ: ꝛ derisio ꝓphetaꝝ: ꝓut describit hic ad ſram: sic destructiõis facte sub rege Iudone fuit duplex causa: scz falsa ꝟsidentia qua magis cõfidebant christiani de virtute ꝓpria ꝙuina: vt dicit eps Athonensis in libro de gestis transmarinis: ꝛ derisio ꝓdicatoꝝ ad penitentiã eos inducentiũ. ipi vero p. ꝛtrariũ vitã voluptuosam ducebant. ideo subdit: m Et ecce gaudiũ ꝛ letitia occidere vitulos ꝛc. Hec dicit dñs deꝰ ꝛc. hic ꝓphetat ꝛtra sacerdotiũ: ꝛ p sobnã ꝓpositũ tẽpli significat malꝰ ꝓlatꝰ in ecclesia dei. cui dr: n Quis tu. q. d. nõ deberes i hac dignitate stare.

v Aut qsi ds hic. q. d. nõ eo vere ꝓlatꝰ: sed fantasticus. Osee. ꝟj. O pastor ꝛ idolũ derelinquẽs gregem.

x Quia excidisti hic tibi sepulchꝝ. q. d. in inferni pena erit sepul

sepultura tua. Sic Lu. xvj. dr de diuite epulone: Mortuꝰ est diues: ꝛ sepultꝰ est in inferno.

a Ecce dns asportari te faciet. de pũi seculo p mortẽ.

b Sicut asport. gal. gallina. q̃ nõ facit opa galli: ſ galline: sic malꝰ ꝓlatꝰ nõ facit opa ꝓlati. s. verbo ꝛ exẽplo docere: sed magꝰ opꝰ mliebre viuẽdo delitiose.

d Coronans coronabit te tribulatiõe. i. vndiqꝫ tribulabit te: sic corona circũdat caput.

e Mittet te in t. la. i. in gehẽne penã. Mat. vij. Lata ẽ via ꝛ spatiosa porta q̃ ducit ad pditionem.

f Ibi morieꝝ. morte seua.

k In die illa ꝛc. cõtingit aũt aliqñ ex dei beneficio ꝙ optimꝰ prelatꝰ succedit pessimo: ꝛ sic dicitur.

l Et erit in die illa vocabo seruũ meũ ꝛc. i. bonũ prelatũ.

o Et erit quasi pr̃ habitantib⁹ hierusalẽ. i. religiosis.

† Et domui iuda. secularib⁹ actuis.

p Et dabo clauem. scz sciẽtie ꝛ potẽtie.

s Et figã eũ ꝙsi paxillũ. ad debiles suppotandũ.

ſ In die illa auferet paxillus. i. prelatus malus.

† Qui fit fuerat i loco fidelitatis ad officiũ: tã indigne ꝙpter abusum.

a Et peribit qd̃ pependerat ij eo. id est omnis adherens sibi in malo.

Nico.de lyra

Ca. XXIII

Onus tyri. Tyrꝰ nobilissima ciuitas chanaan erat. Cum hec Esaias ꝓdicebat insula magni maris erat. post aũt longo tẽpore Nabuchodonosor voluit eam continentez terre facere: sed misso fratus labore non potuit. Qui autem in ciuitate cum nõ possent resistere: qui naues potuerunt habere fugerũt in egyptum ꝛ in moab ꝛ in vicinas regiones. vnde nabuchodonosor: furore succẽsus naues fugientes succendit: ciuitatem subuertit: captiuos abstraxit: sicut patet in sequẽti. Et in chaldeam reuersus datum est ei a domino pro tyro regnũ egypti recidiuato tyro. Post. lxx. annos cũ alexander perget ad captiuandaz egyptum dimisit ibi partem exercitus: ꝛ terre eã cũ re voluit ꝛ non potuit. Egypto vero subiugata: ethiopes ꝛ multas alias gentes secum adduxit: ꝛ lapidibus ꝛ arboribus continentez terre fecit: cines cepit: ciuitatem subuertit. Nunc aũt Esaias de illa captiuitate agit quam nabuchodonosor fecit. Hoc vero ideo accidit: quia cum hierusalem caperentur: ꝛ populus eius in captiuitatez duceretur a chaldeis tempore sedechie. tyrꝰ que debuit compati cepit insultare. Hanc miseriam predixit Esaias. Onus tyri ꝛc.

b Ululate. In greco apertius. Ululate naues carthaginis. vos. s. qui tyrum venire consueuistis causa negotiationis. Carthago colonia fuit tyrus ab eis constructa ꝛ culta.

c Plangite naues maris. Hebraice tharsis. id est explorato gaudij vt contemplatio. quia gaudij contemplatio et letitie vertemur i lachrymas.

d Negociatio. Negociatores scilicet insule sunt de sydone: que interpretat venatrix: in ꝙ venatores pessimi. Unde Anna nostra sicut passer crepta est de la. ve.

Psal.123.

Qui habitant in insula negociatoribus huius seculi similes sunt qui omni vento doctrine cedunt: ꝛ de alijs vitijs ad alia transeunt.

e Semen nili ꝛc. Sic construitur: Semen nili fluminis erat messis ꝛ fruges eius. s. tyri. Terra chananeoꝝ in qua tyrus est: infertilis est. egyptus quam irrigat nilus fertilis frugibus quas tyrus ab egyptijs cõmunicabat.

f Vare

Ca. XXIII

Onus tyri. Ad intelligẽtiam huiꝰ capituli sciendũ: q̃ Tyrus fuit ciuitas sita in mari mediterraneo vndiqꝫ mari circũclusa: tamẽ ex vna parte non multum distabat a litore: ꝛ ideo erat aptissima ad receptionẽ nauium. ꝓpter quod afferebãtur ibi multa mercimonia: vnde processu temꝑis fuit multum ditata: ꝛ in superbiaz eleuata: ꝓpter quod diuino iudicio bis fuit cuersa. Primo per nabuchodonosor: qui vt eã facilius posset capere: voluit eam cõtiguare terre implendo spatium intermedium lapidib⁹ ꝛ lignis ꝛ terra: sed hoc non potuit: veruntamen nauigio eã cepit ꝛ subuertit: postea reedificata iterum ꝙ Alexandrum magnũ fuit cuersa: qui per multitudinez populi cum eo existentis: contiguauit eam terre: et sic eam cepit sine nauigio. De prima vero cuersione agitur in hoc capitulo: ꝛ specialiter ratione captiuitatis iudaice: quia regnum tyri ꝛ regnum inde fuerunt ad inuicem confederata tempore Salomonis. iij. Reg⁹. v. ꝛ ideo captiuis iudeis debuerũt compati ratione antique confederationis: sed econtrario magis gauisi fuerunt eos deridentes. propter quod prophęta hic denunciat tyri delectionem. Et diuiditur in duas partes: quia primo denunciatur huiusmodi delectio. secundo eiusdẽ restitutio. ibi: Et erit. Prima in duas: quia primo denunciaꝫ destructio tyri. secundo a quibus debeat destrui. ibi: Ecce terra chaldeoꝝ. Prima adhuc in duas. Fuit duo que simul prophęta describit cum tyri destructione. Primum est tristicia amantium. secundum fuga inhabitantiũ. ibi: Transite maria. Circa primũ dicitur: Onus tyri: id est eius depressio. que subditur:

b Ululate. ꝓ tristicia.

c Naues maris. id est vos naute: quia ponit hic continens ꝓ contento: sicut frequẽter in scriptura accipitur domus vel ciuitas ꝓ habitantibus in domo vel ciuitate. et subditur causa huius tristicie. cum dicitur:

d Quia vastata est domus. id est tyrus: in cuius domibus solebatis recipi.

e Unde venire consueuerat. supple vobis consolatio. naulgantes enim per mare multũ consolantur quando veniunt ad portum bonum ꝛ quietum: et est hic modus loquendi truncatus quem oportet perficere ꝙ aliquam suppletionem: ꝛ tali modo loquẽdi vtitur hic prophęta: quia modus loquendi dolentiuꝫ est in truncatione verborũ dolore impediente perfectam expressionem.

f De terra cethim ꝛc. in illa cui terra tyri habebant amicos: vt videbit. j. ꝛ illi prescientes apparatũ nabuchodonosor ad ventendum contra tyrum: pnunciauerunt eis vt se munirent: tamen quia hoc non valuit eis. iõ subditur:

g Tacete qui habitatis in insula. id est in tyro mari circumclusa. quasi diceret: non loquimini de defensione: quia non valebit vobis.

f cōmotę sunt. †Subito cecidit ba/
a ℭ in corde eius cui aduenit christus. ℭ plangite.
b bylon ꝛ ꝓtrita est. Ululate super
a ℭ angeli scilicet animaꝝ medici. b ℭ qz nulla aīa deo insanabilis.
eā: tollite resinaz ad dolorem ei⁹ c

qñ vero grauiora tūc ad retributionē ipe festinat. d Calix aure⁹ baby. ꝛc. Nō est semp calix aure⁹ babylōis vt in manu dñi. Cū enī ad vindictā venerit ꝛ in mānu dñi posita fuerit: efficiet terra ḡ tacta est in Job. Nec iugiter in manu dñi continet: sed tūc tm̄ cū restituet ei dīs qđ meretur. Orige. Calix aure⁹ ba. ꝛc. Nabuchodonosoꝛ volēs decipe hoīes p calicē babylonis: non miscuit in vase fictili ferr eo: eneo: stanneo: ꝛ q̄ ista p̄cellit argenteo. In vase aureo poculū tēperauit: vt videſ de coꝛe radiant⁹ auri totis oculis hereas in speciē: nec ꝓsideres qđ int⁹ h3: sed arripias ꝛ nesciēs bibas Calicē nabuchodonosoꝛ intellige ꝓnuoꝝ pestifera verba dogmatū: qualē habeāt sermonū cōpositionē: qualē eloquētie decoꝛe: ꝛ cognosces q̄lit q̄sq; docta calicē aureū ꝛpauit: ꝛ inicit venenū idolatrie ꝛ turpiloquij ꝛ eoꝝ dogmatū q̄ aīam occidūt: ꝛ falsi nois scie. Jesus aūt ꝓtra fecit. Scies enī aureū calicez diaboli: ne ꝙs ad fidē veniēs putaret etiā talē rp̄i calicē esse qualē reliq̄rat: ꝛ p similitudine materie formidaret error⁹: curauit vt haberet thesaur⁹ iste in vasis fictilib⁹. Sepe vidi aureū calicē in pulchro sermonis ornatu: ꝛ dogmatū venena ꝓsideraſ deꝓhendi calicē babylonis. e Inebriās omnē ter. ꝛc. Vide oēs hoīes ebrios: inebriamur ira ꝛ tristicia: inebriamur ꝛ mēte: excedim⁹ amoꝛe: ꝛcupiscētia: vanagloria. Inflauerte oēm terrā plenā esse pctis: ꝛ nō ꝙres quō babylon oēz terrā inebriauerit. Just⁹ enī nō est in terra: sed sup terrā quersationē dīs ī celis: nec ꝙeniet ei dict: Terra es: et in ter. ibis: sed celū es ꝛ in celū ibis. pot tat enī imaginē celestiū. Inebriat ḡ calix aureus oēz terrā. i. ab eo oēs inebriamur q̄diu terra sum⁹. f De vino ei⁹ bi. ꝛc. Sicut in bis q̄ vinū corpale bibūt sup mēsurā videm⁹ ebrij corꝑis motū: vacillantes pedes: caput ꝛ tympora granata: os dissolutū ꝛ herētib⁹ labijs ꝛba psecisa. sic qui de calice aureo babylonis biberūt: instabiles gressu: debilitati mente: fluctuāte conatu nibil firmuz tenēt: ſ semp in turbatiōe agunt incerti. biberūt gētes: iō cōmote sūt. g Subito cecidit ba. ꝛc. Significat ꝓsūmationē mūdi subito futurā: q̄ nō p ptes sed repēte fiet: sicut bierichо corruēs: cito vel subito periit. Si aūt veneris ad aduētū rp̄i ꝛ videri magnū ei⁹ opus quō subuertit oīa dogmata gentiū vt credentes de erroꝛis iugo eximer⁹t videbis: qz in passiōe ei⁹ babylon subito corruit ꝛ ꝓtrita est: videat q̄sq; babylonem in pectoꝛe suo corruisse: in cui⁹ enī coꝛde nō cecidit: rp̄s ei nōdū aduenit: babylon ruit ꝛ edificat bierlm ciuitas sctā dei. b Ululate super eā ꝛc. Hiero. Quia nulla aīa apud deū insanabilis: ꝓfuit⁹ dat eis q̄ pūt trāsmigratiōis in hierlm ꝛ testimonij br̄e resinā ad emplastra facieda vt assumāt medicamīa: ꝛ quāto pīt studio sanitati restituāt babylonē. Rogem⁹ ḡ dīm vt det nob⁹ resinā rōnabilē. de q̄ dicam⁹: Est malagma imponere ꝛ oleū ꝛ alligaturas: ꝛ imponēt̄es ligem⁹ vulnera babylonis vt saneſ ꝛ curata desinat eē qđ fuerat. Hoc est qđ ait: Aceipe resinaz ad correctionē ei⁹ si quō sanabitur. Ubi sunt heretici q̄ naturas quasdā introducētes asserūt esse materiā desperabilē que penit⁹ nō recipiat salutē. De⁹ aūt nec despicit babylonē. peccipit enī medicis vt accipiāt resinā si quō saneſ. Quidā ḡ eoꝝ accipiētes resinā correctiōis babylonis fecerūt qđ fuerat ꝑparatū: eā audiētes posse recipe sanitatē: ſ qz noluit curari satisfaciūt boni medici ꝛ dicūt: Curauim⁹ babylonez ꝛ nō ē sanata.

ℭ Curauimus

Nico. de lyra

a Fugite de medio babylonis ꝛc. ꝛ patet littera. b Calix. Hic ponitur secunda parabola. scz calicis aurei inebriantis gentes: per quem designatur rex babylonis: qui potū doloris multis gentibus ꝓpinauit: ꝛ quia hoc fecit crudeliter et superbe: attribuens sue virtuti qđ fiebat virtute dei. ideo factum est sibi simile fm ordinem diuine iusticie: ꝛ fm hoc patet littera vsq; ibi: c Tollite resinā. i. medicinā ad dolorē ei⁹ sanandū seu mitigandū: ꝛ loquit ironice. vnde subditur:

Curauimus

a Curauim⁹ bab. ꝛc. Vide ne qñ angelis ꝑcipiat de⁹ languēti aīe tue medicamīa cōficere si q̄ mō possit sanari: ꝛ rūdeant ei: Curauim⁹ babylonē: ostēdentes aīam tuā passione ꝓfusam ꝛ nō esse sanatā. Nō scientiā art̄ nec vim reprime criminank: sed re q̄ noluisti eis obedire. Sunt medici sub magno medico angeli dei volentes aīas nr̄as a vitijs curare: quos ipi repellimus dū ꝓsilijs eoꝝ nō acquiescim⁹: videntes se perdere operā ad inuicez dicūt: Relinquamus eaz ꝛc. quasi tradita est nobis medicina a deo vt aīam curem⁹ humanā: aduitoria medicamina adhibuim⁹: cōtumaz est: non vult obseruare qđ dicimus: studiū nostrū nō sequitur effect⁹: abeamus vnusq̄sq; in terrā suā. i. ad domesticū ꝛ ꝓmū negociū. Caue qñ relinquat te medicus vel angelus dei: vl cui credita cura est sermonis ad medicamina salut̄. si enim dereliquerit ꝛ diꝛerint: Abeamus quisq; in terrā suaz: q̄ appropinquauit in celū iudiciu ei⁹. patet ꝙ absessio medici cōdēnatio tua sit irremediabilis nolētisq; curari. Accidet ergo tibi qđ accidit bis qui desperantur a medicis: et vrentes voluptate morbi ad peiora merguntur: Sepe prudens medicus accedit ad languētez: et quantū ars patit ꝛ industria medicine nō cessat: sed si egritudo tanta sit vt repugnet curationi: aut eger p impatientiam doloris cōra faciat qđ iubetur. relinquit eū desperans medicus ne erpiꝛet inter manus ei⁹ ꝛ mortis videat ruinas. Re ergo inter sanctoꝝ angelorꝝ manus moiamur ne relinquāt nos desperātes ꝛ dicentes: Nō est malagma imponere: neq; oleū neq; alligaturam: q̄ appropinquauit iudicium eius celo ei⁹ cauit vsq; ad astra. Qui paruū peccatū habet nō vsq; ad celū ꝛ sidera iudicium suū effert: pusillū enī ꝛ humile est. Qui vero crescit in scelere: crescit et in iudicio: simulq; cū vitijs augeſ ꝛ pena. Et quia intantū delinquit vt iudicium eius vsq; ad celū subleuetur: ꝛ p impietatem suam resistens deo ad superiora ascendat: profert deus iudiciū suuz ad humiliandum quod exaltatum est.

b Qui leuat nubes. i. predicatores q̄ nos a caloꝛe futuri iudicij defendūt imbꝛe eloquij sui cum futura deꝓmunt.

c Fulgura in pluuiā ꝛc. Predicatores ꝓpheratū fulgura sunt cum inimicos ꝓcutiunt: pluuie cū deuotos a peccatis ablunt ꝛ imbꝛe salut̄ infundūt: vñ spūales germinent fruct⁹ ꝛ in maturam messem coalescant. d Et prodūcit ven. ꝛc. Venti sunt apli quoꝝ prędicatio ꝑcurrit mundū tanq̄ vent⁹ celerimus. de quibus alibi dicitur: Sagittas suas ardentib⁹ effecit. Ipsis enim ventis penne ꝓpter discursus celeritatem tribuunt̄. vnde: Volauit sup pennas ventoꝝ. e Stultus fact⁹ est ꝛc. Bene post subuersionē babylonis rep hendit fabricatores idoloꝝ: q̄ p stulticiā humane mētis faciūt opa vana ꝛ risu digna: qz nec spūs in eis nec voꝛ nec vlla efficacia. vñ nec se nec cultores suos in die visitatiōis liberare possunt.

f Cōfusus est ꝛc. Baba. Demōstrata subuersione baby. redit ꝓpheta ad auctoꝛē tanti indicij: quia nō est potestas nisi a deo q̄ dñatur in regno hominū: ꝛ cui voluerit dabit illud.

ℭ Ecce

a ℭ quasi poteſt sanari si vult. b ℭ voꝛ medicoꝝ vomito respondentium. ℭ quasi non est virtus artis refine.

a si forte sanētur. Curauim⁹ baby/ a
a ℭ quia non vult nobis obedire. ℭ qz scz perūt opera ꝛ impensa.
lonē ꝛ nō est sanāta. Derelinqua
a ℭ in infirmitate desperaram.
mus eam et eamus vnusquisq
a ℭ ꝓprium negocium.
in terram suā. Quoniā peruenit b
a ℭ crescente culpa crescit ꝛ damnatio.
vsq; ad celos iudicium eius: ꝛ eleuatum est vsq; ad nubes. Pro/ c
a ℭ contra babylonem.
tulit dominus iusticias nostras:
a ℭ voꝛ angeloꝝ vel predicatoꝝ qui videreo placam babylonis incurabilē: hortanť sese. d. venite et narremus. b ℭ virtutes. s. ꝛ miracula. c ℭ ecclesia q̄ sola genuit ad dei cōꝛeplationē cū angel.
venite ꝛ narrēmus in siōn opus
ℭ o medi et ꝑse
domini dī nr̄i. Acuite sagittas ꝛ d
iplete pharetras. Suscitauit do/
minus spirituz regum medoꝝ: ꝛ
contra babylonez mens eius est
a ℭ ꝓ populo suo.
vt ꝑdat eaz. Quoniā vltio domi e
a ℭ quod succenderunt babylonij.
ni est vltio tēpli sui. Super mu f g
ros babylonis leuate signū: au/
a ℭ vt nemo effugiat.
gēte custodiā. Leuate custodes: p
parate insidias: qz cogitauit do/
ℭ per ꝓpheras.
minus ꝛ fecit quęcūq; locut⁹ est
a ℭ o babylon.
ꝓtra habitatores babylonis. Quę h
a ℭ qz per medū eius effluit euphrates: vel, rpice significat multitudinem populoꝝ.
habitas supēr aq̄s multas locu/ i
plex in thesauris: venit finis tu⁹ k
a ℭ firmiter statuit.
pedalis ꝓcisionis tuę† Jurauit l
a ℭ toto affectu.
domin⁹ exercituū p̄ anīmā suā: m
a ℭ quia ad destructionem eius innumere gentes cōuenerūt.
quoniā rēplebo te hoībus quasi n o p
a ℭ triumphale carmen. b ℭ ab hostibus ꝓo adepta victoria.
bruchoꝛ: et super te cēleuma cāta/ q
a ℭ filio qui virē ꝛ sapientia patris. Omia enī p ipsum facta sunt ꝛc.
bitur† Qui fecit terram in fortitū r s
dine sua: ꝛ ꝑparauit oꝛbē ī sapiē/ t
a ℭ quia omnia celestia fecit.
tia sua: ꝛ pru dētia sua ex̄tēdit ce/ v x y
los. Dante eoꝝ voce multiplicank
a ℭ dicatiōis doctrine. b ℭ celestib⁹. c ℭ ad p dicationis fastigia. d ℭ ab humili ꝓspitio.
aq̄s ī celō. Qui lēuat nubes ab ex z a b
tremo frę: fulgura in pluuiā fec: ꝛ
a ℭ. s. vnde: spūales possunt ꝓdire diuitie.
ꝓduxit vētos de thēsauris suis.
a ℭ idolatras vl hereticos vl scismaticos. b ℭ figmēti. c d
Stult⁹ fact⁹ ē oīs hō a scīa: ꝓfusus e
a ℭ idoloꝝ vl erroꝝ ꝛ ꝓuoꝝ dogmatū. b ℭ ē: ñ ē talis israel vnius dei cultor: licet enī plurimi erraꝛuerūt: multi tñ i fide ꝑmāserūt: ꝛ iō liberati sunt.
ē oīs ꝓfanoꝝ i sculptili qz mēdax ē e

a Curauim⁹ babylonē ꝛc. ꝛ loquit̄ scriptura ad modū medici totaliť desperātis de sanatiōe infirmi: qz tūc dimittit eū. dicit tū gloria q̄ verbū est angeloꝝ ad custodiā babylonie deputatoꝝ dimittētiū eū tpaliť affligi: er q̄ vi derūt sup̄ ꝑ voluntatē dei. iō subdit: b Cū pueuit vsq; ad celos iudicium ei⁹. i. cōꝛa deo. c Protulit deus. no. verbū ē ꝓpbe ī pſona redeūtiū de babylonica captiuitate ꝓfitētiū se liberatos p meritū Hieremie: Ezechielis ꝛ Danielꝛ aliorꝝ sctoꝝ illi⁹ tpis: ꝛ etiā patruz antiq̄. d Acuite. Hic ꝓr ponit dictaꝝ parabolaꝝ exꝑlanatio. ꝛ ꝑmo prime. scdo scde. ibi: Collidis. Ꝑdicta in duas: qz ꝑmo ponit exꝑlanatio. scdo dicti ꝑfirmatio. ibi: Jurauit. ꝑma ꝑabola significabat exercitū medoꝝ ꝛ ꝑsaꝝ babylonia destruentē: ꝛ aūt fuit maꝛie ꝑ artē sagittādi: ꝛ iō explanās modū destructionis dicit: Acuite sagittas ꝛc. e Qm̄ vltio dīi est. in cui⁹ ꝓceptuz baltheasar vasa diuino cultui deputata cōib⁹ vsib⁹ applicauit. f Ultio tēpli sui. qđ nabuchodonosoꝛ cōbussit. g Sup muros baby. le. si. ꝛc. q. d. q̄ntūcūq; babylonij se disponāt ad defendēdū: tū nihil eis valebit. iō sequit: Quia cogitauit dīs ꝛ fecit ꝛc. h Que ha. sup a. ml̄. ℔ dr qz euphrates fluui⁹ magn⁹ trāsibat p ciuitatē aīa ei⁹ destructionem. i Locuplex ī the. de diuersis ꝓuincijs crudelit̄ congregatis. k Venit fi. tu. peda. ꝓci. tue. q. d. tu es ꝓpe casu: sic arbor cui ē sola mēsura pedis ꝓscinde da. In beō. hr̄: Venit finis tu⁹ mensura rapine tue. i. fm mēsurā ꝓci tui rapiēdo crudelit̄ bona aliorꝝ: ꝛ iste sensus magis ꝓpriat ihc ꝑsone. vbi dr: Locuplex in thesaurꝛ. l Jurauit do. ℔ ꝓr ponit ꝓfirmatio dicti: ꝛ ℔ diuino iuramēto cū dr: Jurauit dīs exercituū. i. āgelorꝝ. m Per aīaz suā. i. p scipm: qz spūs ē de⁹. Job. iiij. nō eni hz maioreſ p quē iuret. iō iurat p seipz: Deu. xxij. Per memetipm iurauī dicit dominꝰ. † n Qm̄ rēple. te. babylonē. o Noī. Amos. 6. c b⁹. tibi aduersantib⁹. p Quasi dracho. q̄ cēdit cū magꝝ mistitudie. q Super te celeu. can. est aūt celeuma cantica cū vindemiatoꝝ ꝛ ꝑ ℔ designať gaudiū medoꝝ ꝛ psaꝝ ī effusiōe sanguinis chaldeoꝝ: ꝛ deꝑdatiōe eoꝝ. r Qui fe. ter. ℔ referť ad illud qđ ꝓdictū est: Jurauit do. s In fortitudine sua. i. portēta ifinita q̄ redrīt ad creationē. t Et ꝓparauit oꝛbē. i. guberna uit. v Prudētia sua exte. ce. q̄ ad † ℔. 10. b modū tectoꝝ videnť extēdi sup terrā. x Date eo voce. i. ꝓcipiēte. y Multiplicant aq̄ in celo. s. aereo in q̄ generant. z Qui leuat nu. ab extre. t. i. ab oceano terrā habitabilē ēmināte. inde enī ꝑ maioꝛi ꝑte eleuant exalationes humide q̄ ꝓdensanť in nubes.

a Fulgura ī pluuiā fecit. pluuia enī abūdans facit cessare fulgura. b Et ꝓduxit ventos de the. suis. i. de locis hoīb⁹ occultis. c Stult⁹ ꝛc. a scia. ꝛ loquit̄ hic de scia supstitiosa: cuius modi ē necromantia ꝛ eiꝰ ꝑtes. iō subdit: d Cōfusus ē oīs ꝓfatoꝝ i sculptili: ꝛ loquit̄ de imaginib⁹ ꝑ astronomiā factis: ꝛ ꝑ alios modos superstitiosos. e Quia mendax est cōfatio eius, quod probat dicens:

Nec est

Ex a Ecce ego ad.tē. Mons pestifer nabuchodonosor et regnū chaldeor: vł diabolus ą alibi mons caliginosus ꝓter tenebras erroris dr. b Et dabo te in mon.tē. Ad hūc montē ptinēt iudei: hereticiblasphemi t oēs impij ą pduxerant in malicia: nec ꝓuertunt vt fiant lapides vini in edificio dei. c Cessauerunt tē. Veniēte Cyro t Dario cessauit robur baby. t ꝓncipū ei⁹. d Filia babylōis ꝗsi ar. Fuit plebs baby. qñ p potentiaz regni t diuitiaz abundātiam triturabat t cōterebat gētes: sed tps messionis ei⁹ venit: cū cogit recipe qđ gessit: de qua ex ꝑsona indaice plebis cōsequenter dicit: Comedit me et deuorauit me rex baby. tē.

Nico. de lyra

a Nec est spūs in eis. si enī aliqñ dent in eis respōsa. hoc est a demonibus. b Vana sūt opa. i. nullā virtutē de se hūtia. c Et rīsu digna. i. de risibilia sapiētib⁹. d In tpe visi. sue pibunt. destructa enim babylone: destructa fuerūt idola q̄ ibi erāt. e Nō sicut hec. s. vana. f Pars iacob. supple est. g Quia q̄ fecit omia. s. deus vē⁹. h Ipe ē. s. ps iacob. i Et isrł sceptrū hereditatis ei⁹. fideles cui possident dūm p fidem t dilectionē: t de⁹ possidet eos p grām: t iō sicut fideles sunt pars dei: ita t de⁹ est pars eor: qz prelecti sunt a deo: t ipi pelegūt eū alijs cōtemptis. k Collidis. Dicit ponit explanatio secūde parabole. et dividit in duas ptes: qz primo ponit parabole sententia. scdo hierēm ꝛimonia. ibi: Comedit me. Sentētia vero parabole ꝓsistit in b qz p eā delignat rex babylonis ꝓpinans alijs potū merozis: t sic factū est sibi t suis: qz victorias factas virtute dei ascribebat sibi. iō sibi dr in ꝑsona domini: Collidis tu mihi. i. vt in strumentū iusticie mee.

l Vasa belli. i. apparatū belloꝝ aliaꝝ gentiuꝫ. m Et ego collidā te in gētes. qz iusticiā meā volūtate inițį exercitus es. n Et dispdā in te regna. tibi subiecta t te auxiliantia. o Collidā in te equū t equitē. i. equos t equites: qz ponit hic singulare ꝓ plurali: t sili⁹ in sequētibus: t ptz lra vsq; ibi: p Omne malū qđ fecerunt in sion. tem plū cōcremādo. q Jn oculr vr̄is. m b alloquit iudeos ą hoc viderūt: q̄rū plures erāt in babylone. r Ecce ego ad te mons pestifer. i. babylō ꝗ es mons alt⁹ p potentiaz et supbiaz: t pestifer: occidendo gentes alias crudeliter.

s Evoluā te de petris. i. de fortalitijs tuis in qb⁹ ꝓfidis. t Et dabo te in montē combustiōis. qz babylon fuit cōbusta a medis t persis. v Et nō tollēt de te lapidez in angulū tē. i. nō reedificaber̄ vltra. x Leuate signū. id est vexillū ad cōgregandū bellatores cōtra babylonez. y Sanctificate. i. cōfirmate ad bellandū. sanctū enim in vna significatione idez est quod firmū. z Annūcia te cōtra illā regib⁹ ararath. i. armenie regib⁹. a Venī t ascenez. nōia sunt regnorum. b Numerate cōtra eaz taphsar. nomē est hebraicum t significat exercitū qui numeratur in expeditione. c Adducite equū. i. equos. d Quasi bruchū aculeatū. i. agiles et ꝑparatos ad bellum. cetera patēt vsq; ibi:

e Quia euigilabit ꝓtra babylonē cogitatio dūi. videbatur enī quasi dormiens ꝓmittendo crudelitates chaldeorū: t euigilans in punitione eoꝝ. f Cessauerūt fortes babylonis. victorias cnī fecerant virtute diuina: et ideo ipa retracta non solū cessauerunt a victorijs: sed etiā fuerunt deuicti ab alijs. iō subditur: g Et facti sunt q̄si mulieres: que sunt imbelles. h Incensa sunt tabernacula eius. i. habitationes babylonis. i Contriti sunt vectes eius. per fractionē porterū. k Currens obuiaz curreti tē. Babylon cnī erat ciuitas valde magna. dicit ei Hiero. sup ꝑsal. q erat edificata in quadro: t quodlibet latus habebat in longitudine. xvj. miliaria: que faciunt octo leucas. ꝓpter quod dicit ꝑbs in libro poli. q magł erat dicēda regio clausa muris q̄s ciuitas: et ideo dedomo regia frequēter currebāt nuncij ad portas ciuitatis: t econuerso ad denunciandum statum. et ideo ingressus aduersarioꝝ cito fuit regi nunciatus. ideo subditur:

l Capta est ciuitas eius a sum. vsq; ad fū. i. a ꝓma porta vsq; ad vltimaz. m Et vada ꝓcupata sunt. qz medi t perse p alueum fluminis intrauerunt: vt dictum est. n Et palū. incēse. i. fortalitia q̄dā in paludib⁹ sita. o Et viri. bel. ꝓtur. sł. ex subito ingressu hostiū. p Filia babylōis. i. gēs babylonica. q Quasi area. i. mēsis extensa in area. r Tps triture ei⁹. i. sue ꝓtritionis: siē blādū terit i area. s Comedit me. b ponit ꝛ babylonez ꝛimonia de malo qđ fecit in hierusalē: t dividitur in tres partes

Mystice. a Et desertū faciaz mare. Mystice. Mare hui⁹ seculi significat turbulentiaz qđ dūs desertum ponit. Faciet enī cessare lucrum ei⁹ t dissipabuntur iniqui: q̄ ꝓfusiōi errorū vitioꝝq; deseruiebāt. b Quō capta est sesach. Sesach byssus sacci vel man⁹ sacci interpretatur: sicut babylon cōfusio. Capta est q̄si sesach: t in stupoꝛez facta est babylon: quia idolatre t diuersis vitijs seruientes fluctib⁹ futuri iudicij subuertenť: t sero penitentes cū bel q̄ interpretať vanitas. i. cū antiq̄ hoste confusionē in inferno patientur ꝑpetuaz. vū fideles āmonent vt egrediantur de societate eoꝝ ne cū illis pereant. egredimini tē.

c Egredimī de medio ei⁹. Qui vult animā suā saluam facere fugiat ꝑdituꝝ ꝓsortium: vereať sermonē dūi vindictā ꝑtonuꝫ ꝓdicent: q̄ q̄ridie ꝑdicať in ecclia et auditur in scripturť sanctis de anno in annū attestātib⁹: qz inder dictur⁹ sit his q̄ a sDec.25.d nistris ei⁹ erūt. Discedite a me maledicti i ignē eternū tē. Non enī debem⁹ in desideriis carnis mollescere et segnes in bono esse: sed in meditatione ei⁹ legł t exercitio virtutū strenui.

d Propterea cc.d. ve. tē. Enūerat plagas babyloni supuēturas et optimatib⁹ eius: ducib⁹ et magistratib⁹ t oīm ꝑpoꝛ: qui. s. diuersis suppliciꝭ interempti dormient somno eterne Mystice. mortł. Mystice hic ruinā ꝑfide ciuitatis annūciat quā diabolus ab initio construxit: p quā ꝓtra ciuitatē dei sedulo pugnauit: qz liberatł electł dei impia ciuitas in eternū suppliciuꝫ demergeť. vnđ Joh. in Apo.14.b apocalypsi: Cecidit: cecidit babylon magnaťē. t post pauca: Ibidem. Exite ō illa ꝑpls mea: ne participes sitł delictoꝝ eius: t de plagis eius non accipiatis tē.

Sic sub

deuorauit me nabuchodonosor rex babylonis. Reddidit me quasi vas inane. Absorbuit me quasi draco: repleuit ventrem suū teneritudine mea: t eieecit me. Jniqtas adūsum me: t caro mea super babylonē dicē habitatio sion: t sanguis me⁹ sup habitatores chaldee dicit hierusalem. Propterea hec dicit dūs: Ecce ego iudicabo causam tuā t vlciscar vł

a ſ multitudinem habitantiū. supervius enim multitudo egꝛpti mari comparata est.

tionē tuā: et desertū faciā mare eius: et

a ſ luxus. ſ.

siccabo venam eius. Et erit babylon in

a ſ arenarum. b ſ demonum. c ſ miranꝝtium t videntium interitum eius.

tumulos habitatio draconū: stupor et sibilus: eo q̄ nō sit habitator. Simul vt

a ſ maiores demones. b ſ duces chaldeorum.

leones rugient: t excutient comas velu

a ſ minores. b ſ estu tribulationum.

ti catuli leonū. Jn caloꝛe eoꝝ ponā potus eoꝝ: t inebriabo eos vt sopiant et

a ſ calice ire. b ſ sopore mortis eterne.

dormiant somnū sempiternū: t nō consurgant dicit dominꝰ. Deducaz eos q̄si

a ſ duces babylonis.

agnos ad victimā: t quasi arietes cum

a ſ populus peccatoribus. b ſ babylon.

hedis. Quō capta est sesach: et comprehensa ē inclyta vniuersę terre: Quō facta est in stupoꝛe babylon inter gētes: Ascendit sup babylon mare: multitudine fluctuū ei⁹ opta est. Facte sunt ciuitates ei⁹ in stupoꝛe: terra inhabitabilis t deserta: terra i qua nullus habitet: nec trāsiet p eā filius hominis. Et visitabo sup bel in babylone: t ejciā qđ absorbuerat de oꝛe eius: t nō cōfluent vltra ad eam gentes. Siquidem et murus babylonis coꝛruet. Egredimini de medio

ſ fidelis.

eius populus meus vt saluet vnusquisq;

a ſ ventura.

animā suā ab irā furoꝛis domini. Et ne

a ſ desideriis carnalibus.

forte mollescat coꝛ vestrum: t timeatis

a ſ Discedite a me malig. in ig. erer.

auditū qui audietur in terra. Et veniet

ſ de anno in annum.

in anno auditio: t post hunc annus auditus ꝑpetuus: t ꝓtectio t iniqtas in terra: t dñator sup dñā

a ſ quia remunerabitur iniquitas in terra mortuoꝝm.
b ſ vt qui potentiores fuerūt in peccatis maioꝛa tormenta patiantur.

a ſ terributionis: qm iudicabit orbem terrarum in iusticia t populos in equitate.

torē. Propterea ecce dies venīūt: t vi

a ſ simulacra erroꝝ q̄ hereticī fingūt. b ſ frena ꝓuersano.

sitabo sup sculptilia babylōis: t omis terra

a ſ perpetue. b ſ errantes t in erroꝛe mittentes. c ſ gladio domini.

ei⁹ ꝓfundeť: t vniuersi interfecti ei⁹ cadēt

a ſ qz ꝓdo omnium gentiū vastatus est.

in medio ei⁹. Et laudabūt sup babylonē

partes: qz ꝓmo ponit ꝛimonia. scdo circa eaz diuina iusticia. ibi: Propterea. tertio sequens laus diuina. ibi: Et laudabūt. Circa ꝓmū dr in ꝑsona hierlm: Comedit me: ꝑplm meū occidendo t bona rapiendo. a Deuorauit me. crudelit hoc agendo. b Reddidit me q̄si vas inane. qđ nō est aptū ad suū officium: qz sic hierlm destruxit q̄ nō erat apta habitatiōi hoīm. c Repleuit ventrē suum teneritudine mea. i. eo q̄ fe nerrime diligebā rapiēdo sibi vasa aurea t argentea ꝓsecrata diuino cultui. d Et eiecit me. ꝑplm meū captiuādo. e Jniqtas aduersuꝫ me. i. facta mihi a chaldeis. f Et caro mea. lacerata ab eis. g Sup baby. supple vēiat vltio ei⁹. h Propterea. ibi: ꝓpter nē ponit diuina iusticia: cū in ꝑsona dūi rūdeť hierlm ꝛfrenti. i Ecce ego iudicabo cām tuā. dādo ꝑ te sententiā ꝓtra babylonē. k Et desertū faciam mare ei⁹. i. ꝛgregatione aq̄ꝝ ex cursu euphrať ꝓm modū loq̄ndi hebraicū: q̄ oēs aquaꝝ cōgregatio vocať mare. ꝓm illud Gen. j. Congregatio aq̄ꝝ appellauit maria. l Et sicca. venā ei⁹. i. cursuꝫ euphrať mō. ꝑ. dicto. m Et erit ba. in tumu. ex ruinis domoꝝ t murorum. n Stupoꝛ t sibil⁹. ꝑ admiratiōe tante ruine. o Simul vt leo. ru. s. chaldei. leones enī horribilit rugiūt qñ sunt deuicti. p Et excutiet comas suas. detrahēdo capillos suos ꝑ dolore t indignatiōe: sicut faciūt leones qñ sūt deuicti. Jn hebreo tñ habeť sic: Recanabūt vt catuli leonū. i. extrance rugiēt ꝓpter dolore: qz recanare ꝑ prie est asinoꝝ. q Jn caloꝛe eoꝝ ponaz potꝰ eoꝝ tē. i. calefactā eos p potū t dormire faciaz. t nō solū dormitiōe sopoꝛis: sed etiā mortis. iō subdit: r Et dormiant som. sempi. dicit enī Dan. v. qđ balthasar fecit grāde cōuiuium suis ꝓncipib⁹: et calefactꝰ vino fecit apporari vasa dei vt biberēt in eis: t ibidē sequit qđ eadē nocte interfectꝰ est balthasar: t regnū ei⁹ accepit Darⁱ⁹ medus: t qz fatigati a vino fuerūt interfecti. iō sequit: s Deducā eos q̄si agnos. i. sine defensione. t Ad victimā. Quō capta ē sesach. i. babylon sic notata ꝓpter correspōdentiā lrāꝝ: vt dictū est. ē. xxv. ꝓm Ba. Sa.

u Ascendit sup ba. ma. i. exercitꝰ magnꝰ valde t fortis. x Multitudīe fluctuū eius. i. belatoꝝ. y Operta est. i. absoꝛpta t destructa. cetera patent vsq; ibi: z Et visitabo sup bel. idolū erat in babylonia. q̄ qđ delignať ꝓles colens cū. a Ejciā qđ absoꝛbuerat de oꝛe ei⁹. diuitie enī aliaꝝ gentiū q̄s babylonij absoꝛbuerant sibi rapiēdo ex diuina ſnia date fuerūt medis t persis. b Et nō cōfluent ad eaz vltra gentes. q̄ erāt subdite dūio eoꝝ. c Egredimini de me. ei⁹ po. me⁹. licet enī iudei ēent serui in terra babylonis: ita q̄ nō poterant exire regnū: tū poterāt de vna ciuitate trāsire ad aliaz reddendo regi de bonis suis ꝑ tributo magnā ꝑtionē: sicut est de iudeis mantentib⁹ sub ꝓncipibus christianis. t multi ex diuina admonitione sic exiuerunt ante destructionem babylonis. hoc modo Tobias ꝑuidens interitū ninive dixit filijs suis q̄ eo sepulto inde exirēt: Tobie. xiij. d Reſoꝛ. mol. coꝛ vīm tē. i. nimio timoꝛe resoluať ex auditu appꝛopinq̄tionis exercitū z babylonē. e Et ve. in an. au. s. rumoris de occisiōe balthasar: t destructiōe babylonis. f Et pⁿ hūcē. s. de vra reūsiōe i hierlm: vt expōit Ra. Sa. Occiso ei balthasar Darⁱ⁹ medus suscepit regnū ei⁹: vt dictū ē: t regnāt ꝑ annū stregū t ꝑtē scdi: t sic ille scdꝰ ꝑ ꝑte ei⁹ fuit ꝑnᵐ ān⁹ cyri q̄ successit dario: ꝛpmo ano cyri fuit data dicta licētia redeūdi. g Et iqtas i fraz qz darⁱ⁹ t cyr⁹ fuerunt idolatre. h Et dñator sup do. i. cyr⁹ ꝑ darū. vt dictū ē. ceca patēt ex s. dict⁹. i Et lau. bo⁹ pōit laus dīna ō iusticia circa babylonē fctā. cū dr. Et lau. sup ba. celi t terra. i. angeli t hoīes, iō subditur:

Et ola

a ℣ a quo exardescunt mala super terram.

celi ⁊ terra: ⁊ oia q̄ i eis sūt: q⁊ ab aq̄lone veniēt ei
℣ spūalis.
predones: ait dñs. Et quō fecit babylon vt cadent occisi i isr̄l: sic de babylone cadēt occisi in vniuersa tra. Q̄ui fugistis gladiuz venite nolite stare.
a ℣ israelite. ℣ vox ppbe. b ℣ in babylone. c ℣ si vultis saluari. d ℣ in babylone.
a ℣ in terra longinqua. b ℣ ciuitas regis magni. c ℣ non babylon cuius vastatio predicitur.
Recordamini p̄cul dñi: ⁊ hierl'm ascēdat sup cor
a ℣ vox populi. b ℣ insultantib⁹ vicinis q̄si captiuis.
c ℣ vicinoꝝ.
vestrū. Cōfusi sum⁹: quoniā audiuim⁹ opprobriū. Operuit ignominia facies nr̄as: q⁊ venerūt
a ℣ rempli. b ℣ responsio prophete.
alieni sup sctificationē dom⁹ dñi. Propterea ecce dies veniūt dicit dñs: ⁊ visitabo super sculptilia babylonis: ⁊ in oi terra ei⁹ mugiet vulnerat⁹
℣ superbiendo.
ascēderit babylon i celum ⁊ firmauerit in excelso robur suū: ad me veniēt vastatores eius ait dñs.
Vox clamoris de babylone ⁊ p̄tritio magna de
a ℣ cuitarē confusionis.
terra chaldeoꝝ. Q̄m vastauit dñs babylonez et pdidit ex ea vocē magnā: ⁊ sonabunt fluct⁹ eoꝝ q̄si aq̄ multe. Dedit sonitū vox eoꝝ: q⁊ venit sup
a ℣ diabolus.
eam. i. sup babylonē predō. Et appbensi sunt fortes ei⁹: ⁊ emarcuit arc⁹ eoꝝ: q⁊ fortis vltor domi
a ℣ calice ire.
nus reddēs retribuet. Et inebriabo p̄ncipes ei⁹ ⁊ sapientes ei⁹: duces ei⁹ ⁊ magistrat⁹ ei⁹ et fortes eius † Et dormiēt somnū sempiternū: ⁊ nō expgiscent ait rex: Dñs exercituuz nomē ei⁹. Hec dicit
a ℣ munitio queliber.
dominus exercituum. Murus babylonis ille latissimus suffossione suffodietur: ⁊ porte ei⁹ excelse igne cōburentur: ⁊ labores populoꝝ ad nihilum: ⁊ gentiū in ignē erūt ⁊ dissipbūt. Verbum
a ℣ eternum.
quod p̄cepit hieremias ꝓpheta saraie filio nerie filij maasie cū pgeret cū sedechia rege in babylonē in āno q̄rto regni ei⁹. Saraias aūt erat p̄nceps prophetie. Et scripsit hieremias oīe malum qđ venturū erat sup babylonē i libro vno: oīa verba hec que scripta sunt ꝓtra babylonē. Et dixit hieremias ad saraiam: Cum veneris in babylonem ⁊ videris ⁊ legeris oia verba hec. dices: Dñe tu locutus es ꝓtra locū istū vt dispderes euz: ne sit q̄ in eo habitet ab hoie vsq̄ ad pecus: et vt sit perpetua solitudo. Cunq̄ cōpleueris legere librū istū: ligabis ad eū lapidez: ⁊ p̄jci es illū in mediū euphraten. et dices: Sic submergetur babylon: et nō ꝓsurget a facie afflictiōis quaz ego adduco sup eā: et dissoluetur. Hucusq̄ verba hieremię.

Sic submergetur ba. ⁊c. Nō ℣m historiam babylon i euphrarē mersa est: cuius insolitudines redacta: sed spiritualis babylonis eternuz interitum pdicit: que i pfunduz inferni cū p̄cipe diabolo demergēt.

Bpo.12.f Unde Job. in apocalypsi sustulit vnus angelus fortis lapidē quasi molarē magnū: et misit i mare dicens: Hoc impetu mittetur babylon.

℣ Filij

a Et oīa. et accipit hic ⁊ p id est. Celū enī est habitatio angeloꝝ. ⁊ terra hoīm. b Quia ab aq̄lone veniēt ei pdones. s. medi ⁊ perse: q venerūt de aq̄lonari pte respectu babylonis. ⁊ subdit vna cā. s. occisio crudel' filioꝝ isr̄l. cum dr: Et quō fecit babylon ⁊c. c Qui fugi. gla. i. vos iudei q̄ eua sistis. d Venite. in iudea. e Et hierl'm ascēdat supeoꝝ vām. i. accipiat' cozdi destructionē hierl'm ⁊ tēpli: vt ad eoꝝ reedificationē animemini. f Cōfusi sum⁹ ⁊c. q. d. q̄diu tēplū dñi remaneb⁹ ⁊ sic destructū a gentilib⁹: erit nobis ꝓfusio ⁊ opprobriū. ideo subdit: g Quia ve. alieni. i. idolatre: q̄ sunt alieni a cultu dei. h Sup sctificationē dom⁹ dñi. eā intēdēdo: vt bñ ca. se. ⁊. iiij. Reg'. vlti. i Propterea ecce dies veniūt. de ꝓpinq̄. k Et visitabo sup sculptilia. i. idola ⁊ tēpla baby. onis. l Et in oi terra ei⁹ mugiet vulnerat⁹. non potens loq̄ recte p dolore: sed mugiens ad modū bestie. m Si ascēderit babylon i celū ⁊c. q. d. q̄ntūcunq̄ sit eleuata in honore ⁊ firmata in p̄te: tū destruet mea virtute. ideo sequit. Ad me veniēt vastatores. n Et p didit vocē magnā. i. ꝓba iactātie de sua magnitudine et potestate. o Et sonabūt fluct⁹ eoꝝ. i. exercit⁹ medoꝝ ⁊ persarū. Cetera patēt vsq̄ ibi: p Et emarcuit arc⁹ eoꝝ. i. nō †ꝫ.49.d. poterūt se defendere p artē sagittādi in q̄ sūt edocti. q Et inebriabo p̄ncipes ei⁹ ⁊c. q. nocte sequēti festū balthasar in quo ipe ⁊ p̄ncipes ei⁹ fuerūt vino repleti: interfect⁹ fuit balthasar ⁊ p̄ncipes ei⁹ cū eo: vt dictū est. ℣. r Murus babylonis ille latissim⁹: sic est in hebreo ⁊ in libris correctis.

s Suffossione suffodiet. i. deijciet q̄tūcunq̄ sit lat⁹ ⁊ fort'. t Et labores pplorꝝ ad nihilū. i. edificatiōe ei⁹ muroꝝ et domoꝝ babylonis fuerūt expense multe diuitie acq̄site laboribus pplorꝝ ⁊ gentiū: quas ab eis abstulerūt chaldei: ⁊ iō diuinū fuit iudiciū q̄ tales edificatiōes redigerenē ad nihilū. v Verbū. Hic ꝓr describit destructio babylonis sub parabola facti. sicut enī parabola Xbi est qñ p significatū vocū aliud intelligit: vt cū dr Judic'. ix. Jerūt ligna ad rhānū. p qđ intelliguntē habitatores sychem ⁊ abimelech quē fecerūt sibi regem: sic parabola facti est qñ fit aliq̄d ad signandum aliud fiendū: ⁊ sic ē in ꝓposito: q⁊ destructio babylonis scripta in quodā libello: ⁊ alligata lapidi ponderoso: p̄jecta fuit in fluuiū euphraten coꝝ plurib⁹ iudeis ad significanduz destructionē babylonis futurā. Primo ponit ergo ds p̄cepit hoc fieri. cū dicit: Verbum qđ p̄cepit Hieremias. ⁊ cui: Sarate filio nerie ⁊c. ⁊ temp⁹: ⁊ etiā loc'. cū dr: x Cū p/gereet cū sedechia rege in babylonē ⁊c. sedechias enī fuerat institut⁹ rex a rege babylonis. ⁊ ideo quarto anno regni sui fuit in babylonē ad faciendū ei reuerentiā: ⁊ ad deferenduz munera: cū quo iuit iste saraias: cui⁹ subdit' officiū cū dicitur: y Erat p̄nceps ꝓphetie. i. principalis inter leuitas qui in tēplo decantabāt laudes diuinas a dauid et ab alijs ꝓphetis factas. In hebreo habet: Erat p̄nceps exenij: et iō iuit cū sedechia ad faciendū exenij regi babylonis noie sedechie. Cetera patēt vsq̄ ibi: z Cū veneris in babylonē ⁊ videris. diligēter ea que sunt scripta in ℣ libro. a Et legeris oia verba hec. s. coꝝ iudeis. q̄ illuc translati fuerāt cū iechonia rege inda. b Dices. coꝝ eisdē. c Dñe tu locutus es ꝓtra locū istū. i. ꝓtra babylonē. Cetera patēt vsq̄ ibi: d Ligabis ad eū lapidē: vt demergat in ꝓfundum fluminis: ad designādū totalē destructionē babylonis.

e Hucusq̄ verba hieremie. dicūt alij q̄ nō est de textu: sed quedā rubrica apposita: sed hoc nō est verū: q⁊ sic scribik in hebreo sicut ⁊ alia p̄cedentia.

Moraliter

h Hec dic dñs de⁹: Ecce ego ſscitabo sup babylonē ⁊c. In hoc capitulo describit destructio babylonis metaphorice. p quam mystice signat destructio iudee: ⁊ ponit hic triplex parabola. i Prima est de vento pestilēte. cū dr: m Quasi ventū pestilentē ⁊c. p quē signat exercitus romanoꝝ: q⁊ sicut ventus pestilens destruit domos: ⁊ frangit arbores et eradicat: sic exercit⁹ romanoꝝ destruxit iudee ciuitates ⁊ castra: ⁊ succidit arbores ad faciendū machinas ⁊ implendū fossata: et homies partim occisi ⁊ partim captiuati fuerūt in illa guerra. k Fugite de medio babylonis vt saluet vnusquisq̄ animā suam. p hoc signatur salus christianoꝝ: qui imminēte romanoꝝ aduentu p monitionē angeli recesserunt de tu dea transeuntes in regnū agrippe: qui confederat⁹ erat romanis: ⁊ sic fuerūt ibi saluati. l Moraliter aūt p ventū pestilentē signat̄ superbia: que vent⁹ est subuertēs oīa bona. Ñ versus. Si cibi copia si sapia formaq̄ decꝰ. Sola superbia destruit oīa si comitet. m Scda parabola ponit b: b† Calix aureus

aureus babylonis ⁊c. p calicē in sacra scriptura frequēter significat dolor penalis ⁊ angustia: ꝓt qđ p calicē illū significat passio christi ⁊ discipuloꝝ ei⁹: que calicem iudea ꝓpinauit eis: vt ptz ex textu cuāgeliorū ⁊ Actuū apl'oꝝ. ꝓter qđ christus dixit discipulis Matth'. xx. Potestis bibere calicē quem ego bibitur⁹ sum ⁊c. ⁊ ideo iusto dei iudicio in vltionē mortis christi ⁊ discipuloꝝ ei⁹ iudei calice doloris ⁊ āgustie fuerūt in ebriati ⁊ hec eoꝝ tribulatio significat hic diffuse p tribulatiō nē babylonioꝝ q̄ fuit valde magna. ideo cōcludit inferius.

q Et inebriabo ꝓin. ⁊c. Sequit: † Et dormiēt somnū sempiternum. p mortem dolorosā. vt r Verbū quod p̄cepit hieremias ⁊c. Hic ponit tertia parabola q̄ ē facti. s. de libro cui p̄cipit lapis alligari ⁊ i euphrate demergi. Liber aūt ille signat cuāgeliū cui alligat xp̄s q̄ dr lapis absciſus de mōte sine manib⁹ Dañ. ij. nā ei⁹ doctrina ⁊ facta cōtinenē in cuāgelio. p eius vero p̄iectionē in euphratē q̄ frugifer interp̄tat aplorꝝ p̄dicatio gētilib⁹ valde fructifera ⁊ iudeoꝝ reprobatio eā repellentiū significat: ꝓter qđ Paulus ⁊ Barnabas iudeis cōstanter dixerūt Act'. xiij. Vobis oportebat primū loq̄ verbū dei: ꝫ qñ repellitis illud ⁊ indignos vos iudicatis eterne vite ecce cōuertimur ad gētes sic enī p̄cepit nobis deus.

In ca. lj. vbi dicit in postilla: Tollite resinā.

Additio. j. Dictio i hoc loco posita significat tyriacā nō resinā. put dictū fuit supra in additione ca. vlij.

In eodem ca. vbi dicit in postil. Stultus factus oīs homo.

Additio. ij. Quia gentiles idoloꝝ cultores nō solū errabāt in ℣ q̄ idola vana colebat sed etiā q⁊ stulte estimabāt q̄ de⁹ ver⁹ quē pplus isr̄l colebāt erat similis oīb⁹ coꝝ. vñ: Esa. xxxvj. et. xxxvij. sennacherib et sui dicebāt q̄ nō potuerat de⁹ isr̄l defendere hierl'm a manib⁹ assyrioꝝ: nec sicut dij altarū gentiū potuerāt gētes suas ꝓtegere ab eis: quos de⁹ cōfutauit p Esaiā denūciādo eis defensionē populi vt ibidē: sed in hoc loco q⁊ hieremias nō potuerat ostēdere chaldeis excellentiā diuine potētie p defensionē hierl'm cū ex ordine iusticie diuine ꝓter peccata ppli erat destruēda. iō ostēdit eis excellētiā dei isr̄l respectu falsoꝝ deoꝝ ex ℣ q̄ dij falsi sūt ab hoib⁹ fabricati seu ficti ⁊ sic cū actoribꝰ suis pereūt: ⁊ ꝓter ℣ dicit: Stult⁹ fact⁹ est oīs hō a scientia. s.

Glo.ordi.

a Jlic⁹ vigiti ⁊ vni⁹. Ca. LII

f Historia q̄ captū refert sedechiā et hierl'm a chaldeis vastatā: i libro Regū plene tota cōtinet. b Factum ē aūt ⁊c. Mouenari⁹ minor denario impfectionē legis significat: sicut vndenari⁹ trāsgressionē. Vñ q̄ nabuchodonosor. ix. anno sedechie regni obsedit ciuitatē mēse. x. decima die mēsis. q⁊ cū mali pastores decalogū scīut ⁊ iplere negligūt: necesse ē vt plebē eis cōmissaz antiqu⁹ hostis cū exercitu suo circūdet munitione errozū ⁊ vitioꝝ vallādo. Et fames verbi dei in ciuitate ꝓualeat: cū nō expēdit libere panis doctrine ⁊ interrūpit ciuitas: ⁊ viri bellatores nocte fugiunt. Interrupta ei tentatione diaboli custodia pplorꝝ q̄ debuerāt ciuitatē gladio xbi dei defēdere: nocte ignozātie tenebris pcōzum vallati fugiūt: ⁊ vidētes lupū venientē oues dimittūt. c Per viam porte ⁊c. Nat̄er arguit inertiā doctoꝝ q̄ inter muros duoꝝ testamētoꝝ cōstituti: nō bellū gerere ſz effugere querūt: ⁊ delitijs magis affluere (quas bonus signat) q̄z scuto fidei ociū relinq̄re. d Persecut⁹ est a. ⁊c. In li
4. Re.25.b b:o Regū ita legit: Fugit sedechias ꝓ viā q̄ ducit ad cāpestria soliſtudinis: ⁊ psecut⁹ est exercit⁹ chaldeoꝝ: cōphēditq̄ eū i planicie hiericho ⁊ oēs bellatores q̄ erant cū
℣ eo dispſi

Nico.de lyra

a Jlic⁹ vigiti ⁊ vni⁹. Ca. LII

† Jstud ca. a principio libri fuit diuisum ꝓtra p̄cēdētia. est enī quedā breuis epilogatio respectu p̄cēdētiū in q̄bus descripta est destructio hierl'm: ly occasione hui⁹ plura alia fuerint annexa. ⁊ diuidit ꝓ caplīm i tres ptes. q⁊ primo ponit ciuitat' captio. secō capte destructio. ibi: In mēse autē quinto. tertio de reliquijs ordinatio ibi: De pauperib⁹. Prima i duas q⁊ primo ponit captiōis occasio. secō ipa captio. ibi: Factū ē aūt. Occasio aūt captiōis prima fuit pcūn regis et ꝓpl'i ꝓtra deū. qđ notat cū dicit:

b Et fecit malū in oculis dñi. imitādo i ꝓ ioakim filiū iosie ⁊ alios reges q̄ fuerūt idolatre ꝓpter qđ dñs voluit hierl'm destruere: ⁊ maxime qđ peccatū manasse q̄ posuit idola in domo dñi. Scda occasio fuit pcūn sedechie in regē babylonis: cui rebellauit cū iuraſſet et fideliter seruire: vt habet. ij. Parał. vlti. quod notat cū dicit: Et recessit sedechias a rege babylonis. c Factū est. Hic ponit ciuitatis captio. et patet sententia ex his que dicta sunt. s. xxix. vbi describit ista captio: sicut et hic: pancis exceptis q̄ exponent. d Chaldeis obsidentibus vrbē i gyro. Si ergo querat quō rex et bellatores potuerunt exire: dicē dum q⁊ erat via subterranea cuius introitus erat intra ciuitatem inter duos muros: ⁊ exitus erat longe a ciuitate vltra locū vbi erāt chaldei: ⁊ p illā fugerūt rex et alij: sicut dictū fuit.

† A 4 Re.24.8 2 Pa.36.b

B

℣ Filij

Universidad de Navarra Biblioteca

¶ eo disp si ꝛc. Malignis spiritib⁹ po
pulũ circũdãtib⁹: rector non fugit
Ps. 114. ad mõtes. ꝺ q̃b⁹ ꝺr: Mõtes i circũi
tu ei⁹. ꝛ. d. i. c. p. s. ß ad cãpestria so
litudinis. i. ad latã ꝛ spaciosã viaz
q̃ d. a. m. Cõphẽditos eũ i planicie
hiericho: ꝛ oẽs viri bellatores qui
erãt cũ eo disp si sũt ꝛ reliquerũt eũ.
cũ ꝛtutes hoiem deserũt q̃ defen
dere debuerãt: i deserto capiẽ: ꝛ in
planicie hiericho. i. i lascivia vel in
defectu carnalis ꝓcupiscẽtie ꝛ con
uersatiõis. Hiericho ei iterꝑtat lu
na ꝛ significat defectũ carnis. vñ:
Luc. 10. c Qui de hierl̃m descẽdebat i hieri
choin latrones incidisse describit.
4 Re. 25. b Appꝓhẽũ q̃ regẽ duxerũt ad regez
babylonis in reblatha ꝛc. a ¶ Et
L adduxit eũ. Quia aĩa in ꝓfusione
pctoꝝ vincta cõpedibus vitioꝝ: ꝑ
malignos spũs ducit i domũ car
ceris vsq; ad diẽ mortis: ꝛ i angu
stia mẽtis includit vt mort⁹ sniam
expectet. b ¶ In mẽse aũt ꝛc. Con
gruit ordo tpis cuz rõne vindicte:
mẽse q̃nto vastat̃ ciuitas q̃ penta
teuchũ desperit decima die mẽsis
qz decalogo leg⁹ ꝺria fecit: blandi
ens sibi ꝺ securitate ꝑ sctoꝝ locoꝝ
Ps. 7. a habitatione. vñ. s. Nolite ꝓsidere
i verbis mẽdacij dicẽtes: ꝛtẽplũ do
mini. ꝛ. d. ¶ Grego. Dũ scriptura se
† 44. di. c. 17. c. ciuitatis captiuitatis ꝛterne denũciat. Rex
nis ibi mu eni babylõis ẽ antiqu⁹ hostis pos
rũ rupti sessor intime ꝓfusionis q̃ pu⁹ filios
sunt. ante intuẽtis oculos trucidat: qz
sepe sic bona opa ꝛficit: vt hec se
amittere ipse q̃ capt⁹ est anim⁹ do
lẽs cernat. Rã cum gemit plerũq;
anim⁹: ꝛ tñ carnis sue delectationi
b⁹ vicꝰ bona q̃ gerunt amãs ꝓdit:
ꝛ ea q̃ patiẽ dãna considerat: nõ tñ
virtutis brachiũ ꝺ regẽ babylõis
leuat sed dũ videt ꝑpetrationẽ ne
quicie ꝑcurẽt. Ad hoc q̃nq; ꝓducꝰ
tur peccati vsu: vt i ipo q̃z ratiõis
lumine ꝓnueꝰ. vñ babylõis rex ex
tinctis pu⁹ filijs: sedechie oculos
eruit: qz malignus spũs subductis
pu⁹ bonis opib⁹: ctiã ꝛtelligẽtie lu
mẽ tollit: qũ recte sedechias i reb
latha patiẽ q̃ multa hec interꝑtat.
Quãdoq; enĩ ꝛ lumen tori⁹ rõnis
claudit: qz ꝓuo vsu et iniq̃tatis
sue multitudine grauat. c ¶ Ve
nit nabuçardan ꝛc. Justo iudicio
dei venit nabuçardan ꝓnceps ex
ercituũ regis babylõis sup hierl̃m
ꝛ succẽdit domũ dñi: cũ ãtiqu⁹ ho
stis ꝛ rex cõfusionis ꝓnceps oĩm
iniquoꝝ inuadit gregẽ fidelium: et
domũ regis ꝛ dom⁹ hierl̃m. i. recto
res: ꝛ q̃ videbanꝰ in visione pacis
manere: iñãmatos cupiditate sub
uertit: oẽm domũ cõburit igni. i. cu
iusq; ꝓsciẽtiã flãma illiciti amoris.
d ¶ De paupe. ve. ter. ꝛc. Eos q̃ vti
les verbo et exẽplo esse poterãt ꝑ
vitia captiuãs: stultis et hebetib⁹
cõmẽdat agricultũrã vt nõ vinum
gratie spũalis ꝛ frumẽtũ sane do
ctrine i vineis et agris ppłoꝝ fru
ctificent: ꝛ spine ꝛ tribuli vitioꝝ.
e ¶ Colũnas. q. Per diuersa vasa
diuersa officia in eccłia significat:
q̃ maligni spũs de scrutio dei aufe
rũt: ꝛ in vsum suũ cõuertũt.

¶ De colũ

derũt sedechiã i deserto quod est
a ¶ defectionẽ b ¶ virtutes.
iuxta hiericho: ꝛ oĩs comitatus
ei⁹ diffugit ab eo. Cumq; cõphen
dissent regẽ: adduxerunt eum ad
a ¶ diabolũ. b ¶ intime cõfusionis. c ¶ hec est
regẽ babylõnis in reblathã que
annochia. a ¶ que interꝑtat multa hec.
est i terra emath: et locut⁹ est ad
a ¶. i. iuste iudicauit eum.
euz iudiciã. Et iugulauit rex ba
a ¶ opera bona.
bylõis filiõs sedechie i oculis ei⁹:
sed ꝛ oẽs principes iuda occidit a
a ¶ lumẽ intelligentie.
in reblatha. Et ỏculos sedechie
¶ peccatorum.
a eruit ꝛ vinxit euz cõpedibus. Et
adduxit eũ rex babylonis i baby
lonem: ꝛ posuit eũ in domo car
ceris vsq; ad diem mortis sue. b
a ¶ qz pentateuchũ legis negligerẽt. b ¶ quia
cõra decalogũ peccauerant.
b In mẽse autez quinto: decimã c
mensis ipse ann⁹ nonusdecimus
nabuchodonosoꝛ regis babylo
a ¶ ventilabrũ vel ꝓphera alieni iudicij.
nis: ꝛ venit nãburçardã princeps
militie q̃ stabat coraz rege baby
¶ doctores.
lonis i hierl̃m ꝛ incẽdit domum
a ¶ recoꝛdes. b ¶ videbãt. ſ. i visiõe pacẽ manere
dñi ꝛ domũ regis ꝛ oẽs domus
¶ conscientiã.
hierl̃m: ꝛ omnẽ domũ magnam
a ¶ illicitis amoris. b ¶ intẽtionẽ oratiõis ꝛ vir
ignẽ cõbussit: ꝛ totũ muꝛ hierl̃m
tutũ studiis. a ¶ in desperãtib⁹. b ¶ demones.
ꝑ circũitũ dẽstruxit cũctus exerci
¶ diabolo.
tus chaldeoꝝ q̃ erãt cũ magistro
militie. De paupib⁹ autẽ popu
li ꝛ de reliquo vulgo qõ remãse d
rat i ciuitate: ꝛ ỏ ꝓfugis q̃ trãsfu
gerãt ad regẽ babylonis et ẽtẽ
ros ỏ multitudine trãstulit nabu e
çardã ꝓnceps militie. De paupi
b⁹ vero terre reliquit nabuçardã
ꝓnceps militie vinitores ꝛ agri/
a ¶ doctores q̃ honoritate ꝓdicationis ꝛ firmitate
fidei debuerunt alios sustentare.
e las. Columnãs quoq; ereas que f+
g
a ¶ baptismi lauacrũ vel cõpũctionẽ lachrymaꝝ
erãt in domo dñi: ꝛ bases ꝛ mãre h
¶ ecclesia.
ẽneũ quod erat i domo domini k
a ¶ ꝑ inertiã magistrorum audaciores facti.
b ¶ spirituales.
ꝓfrẽgerũt chaldei: ꝛ tulerũt oĩe l
es eoꝝ i babylonẽ. Et lebetes et m+
creagras ꝛ psalteria et phiala et n+
o+
mortariola et omnia vasa ærea q̃ p+
in ministerio fuerãt: tulerũt ꝛ hy q+
drias ꝛ thymiamateria ꝛ vrceos r+
ꝛ pelues ꝛ cãdelabꝛa ꝛ mortaria s+
t+
r+

Ez. xxix. ꝛ. liij. Reg. vi. a ¶ Sz et oẽs ꝓn
cipes iuda occidit. dicit Ra. Sa. q̃ isti fu
erũt. lxx. iudices ordinarij: eo q̃ relaxa
uerãt iuramẽtũ sedechie. alij aũt dicũt q̃
fuerũt ꝓncipes inducẽtes sedechiã ad re
bellandũ regi babylonis. b ¶ Usq; ad
diẽ mortis sue. Iz aũt mortu⁹ fuerit i car
cere: tñ rex babylonis statũ ei⁹ regiũ ꝓsi
derãs: fecit eũ sepeliri honorifice: sicut ꝓ
dixerat Hieremias. s. xxxiij. c ¶ In mẽ
se. Hic ꝓfir ponit ciuitatis capte destru
ctio. circa qõ primo ponit tps. cũ ỏr: In
mense aũt q̃nto. Iz aũt fuerit capta mense
quarto. vt ỏr. s. eo. ca. tñ nõ fuit cõbusta
donec sup ỏ habuerũt volũtatẽ regẽ ba
bylonis: q̃ agebat tũc i remotis. s. in ter
ra emath vt ỏx i textu. ꝛ sic trãsit tps vs
q; ad decimã diẽ. v. mẽsis i qua fuit cõbu
sta. Cetera patẽt i ẽa. d ¶ De paupib⁹.
Hic ꝓfir ponit ordinatio de remanẽtib⁹.
ꝛ primo de ppło. scõo de regẽ ioakim. ibi:
Et factũ est. Prima i duas. qz primo po
nit ordinatio de ꝑsonis reseruatis. scõo
de occisis. ibi: Et tulit. Prima adhuc in
duas. qz primo ponit ordinatio de ꝓpło.
scõo trãslatoꝝ nũeratio. ibi: Iste ẽ ꝓlius
Prima i duas. qz ꝓio ponit ordinatio ꝑ
sonis. scõo ỏ vasis. ibi: Colũnas ỏz. Circa
primũ sciendũ q̃ de ꝑsonis reseruatis
sic fuit ordinatũ: q̃ illi q̃ erant alicui⁹ re
putationis i sapiẽtia vel arte aliq̃ seu cõ
ditione notabili fuerũt trãslati i babylo
nẽ vt ỏ illa cõditiõe seruirẽt babylonijs.
ceteri ỏo fuerũt dimissi in iudea ad colen
dũ agros ꝛ vineas: ne terra redigeret in
solitudinẽ: ꝛ redderet inutilis regi baby
lonis. ỏ cultura vero terre ei tributũ ma
gnũ reddebat: ꝛ ỏ est qỏ ỏr: De paupib⁹
aũt q̃li ꝛc. s. habẽtib⁹ aliquã cõditionez
babylonijs vtilẽ: vt pleni⁹ exponit. liij.
Reg. vlti. e ¶ Trãstulit na. ꝓin. milli
tie ꝛc. ꝛ ptz lra. f ¶ Colũnas ỏz. Hic po
nit dispositio de vasis. ỏcỏ ei fuit ỏcio
sũ de talib⁹ i tẽplo dñi totũ portauerũt se
cũ chaldei. inter vasa tñ ponunt hic due
colũne ereę q̃ erãt in porticu tẽpli: ỏ qua
rũ magnitudine ꝛ forma dictũ fuit diffu
se ꝑ singula. iij. Reg. vij. et silr ỏ aliꝰs va
sis hic posit. ꝛ io ỏ bzeuit ỏcỏo q̃rãtur
qz descriptio exꝑssita de istis ibi habet lo
cũ. dicit q̃: Colũnas ỏz ereas. de q̃rũ for
ma postea subdit. g ¶ Que erãt in do
mo dñi. i. i porticu tẽpli. b ¶ Et bases. il
larũ. ſ. colũnarũ. quelibet et colũna habe
bat q̃tuoꝝ ptes. ſ. basem. stipitẽ. caput. et
capitellũ. i ¶ Et mare eneũ. vas erat ma
gnũ ꝛ rotũdũ i quo lauabãt sacerdotes.
k ¶ Qđ erat i domo dñi. i. i atrio sacerdo
tũ. dom⁹ enĩ dñi large accepta nõ solũ ac
cipit ꝓ corpore tẽpli: sed etiã ꝓ atrijs et
edificijs ad ipm ptinẽtib⁹. l ¶ Cõfrege
rũt chaldei. vt materia posset expeditius
poꝝtari. m ¶ Et lebetes. i. chaldarias:
vbi coquebant carnes sacrificiorũ.
n ¶ Et creagras. i. fuscinulas ad extrahẽ
dũ carnes. o ¶ Et psalteria. i. instrumen
ta musica ꝓ leuitis. p ¶ Et phialas. va
sa erãt ad reponẽdũ vngueta ỏb⁹ vnge
bant reges et sacerdotes: ꝛ vasa diuino
cultui ꝺsecrata. q ¶ Et mortariola. i ỏb⁹
terebãt spẽs er ỏb⁹ cõponebant vnguẽ
ta. r ¶ Et hydrias. i ỏb⁹ ponebat vinũ ꝛ
olcũ ꝓ libaminib⁹ fiendis. s ¶ Et thy
miamateria. i quib⁹ terrebant ſpecies ad
faciendũ thymiama: qỏ cõburebat super
altare thymiamatis. t ¶ Et vrceos et
pelues. in quibus lauabant carnes offe
rende sup altare holocausti.

Et cyathos

a ¶ De colũnis autez. Ba. Or factura colum
narũ describit cũ capi
tellis ꝛ retiaculis atq;
malogranatis: ostẽ
dit mysticũ opus esse:
qz sicut colũne signifi
cant doctores ita capi
tella. i. supma ꝑs eoꝝ
ꝓcordia sũt fideliũ do
ctoꝝ: ꝛ retiacula diuer
sa charismata sãctiſpi
ritus exprimũt: siẽ ma
logranata virtutũ sua
uitatem. Hec oĩa anti
quꝰ hostꝰ ꝑ ministros
suos conaꝰ auferre de
tẽplo dei. Sicꝫ aũt ỏ
pleni⁹ nosse voluerit:
legat opꝰ nr̃m sup li
brũ Reg. vbi q̃d ỏ bis
dictis ꝑres senserint ex
planatũ est.
b ¶ Et tulit ma. Etiaz
fortes in ecclia diabo
lus ỏcipit: ꝛ captiuat.
vñ: Esce eius electe ꝛc. Ebal. i. b
c ¶ De ciuitate. Conti
nentes. ſ. oleũ gratie ꝛ
misericordie sic fatue
virgines i pectore suo
nõ habentes q̃ frustra
super viros bellatores
cõstituunt: cũ arrogã
tia vitare nõ ꝓmeditã
tur. d ¶ Septẽ vi. de
bis. Septiformi spiri
tu. ſ. sãctificatos. Sed
qz gratiã q̃dieꝛit se
ptẽ spiritib⁹ neḡotib⁹
traditi: nõ regis cele
stis mãdata intuenꝰ: ſ
regis inferni volũtati
obsequũt. e ¶ Et scri
bã prin. ꝛc. Que liber
Regũ sophar vocat: q̃
interꝑtat dissipãs vel
diuidens: ꝛ significat
eos q̃ rudes in ecclesia
quos ad militiam xpi
nutrire debuerãt: pra
uis exemplis dissipant
ꝛ a cetu fidelium ꝑ erro
rẽ sequestrant.
f ¶ Et scrãgin. viros.
Stultos. ſ. coopatoꝛes
q̃ merito vulgi noie ap
pellanꝰ qui vtilitatem
diuini cõsilij discerne
re ꝛ iplere neglexerũt.
g ¶ Et pcussit eos rex.
Hoc ambit rex babylo
nis vt quos ab eccle
sia euellit ꝓducat ad i
terfectiões ꝑpetue mo
rtis. b ¶ Iste est po
pulus ꝛc. Rab. Ter
rio vastauit nabucho
donosoꝛ iudeam. ¶ Pri
2 Pa. 36. a mo cũ ioakim qui ꝛ be
liachim filiũ iosie vin
ctum catenis duxit in
babylonem cum vasis
domini: que in templo
4 Re. 24. c suo posuit. Secũdo cũ
ioakim cognomẽto ie
choniã filiũ eius cum
matre et principibus ꝛ

¶ eunuchis

a ¶ precios⁹ sensus.
ꝛ cythos. Quotquot aũrea au b
a ¶ eloquij vnustas.
rea: ꝛ quotquot argẽtea argẽ/
a ¶ diabolus. b ¶ infernalis.
tea. Tulit mãgister militie colũ
nas duas ꝛ mare vnũ: ꝛ vitulos c
duodecim ereos q̃ erãt sub basi d
bꝰ quas fecerat rex salomõ i do
mo dñi. Mõ erat pondus eris e
a oĩm vasorum hozũ. De colũnis f
aũt decẽ ꝛ octo cubiti altitudi g
nis erãt in colũna vna: ꝛ funicu h
lus duodecim cubitoꝝ circũ
bat eaz. Pozo grossitudo eius i
quattuor digitoꝝ ꝛ intrinsecus k
caua erat: ꝛ capitella supꝫ trãq;
erea. Altitudo capitelli vnius l
quinq; cubitoꝝ ꝛ reticula ꝛ ma m
logranata sup cozonã in circũ/ n
tu omnia enea. Et fuerũt malo o
granata nonaginta sex depen
dentia: ꝛ omnia malogranata
centuz retiaculis circũdabanꝰ.
a ¶ qui interꝑtat vincẽs: qz episcopalẽ ordinez
amoꝛe voluptatis vitioꝝ carena cõstringit.
b Et tulit magister militie saraiã p
a ¶ absconditũ. b ¶ ꝓpteros. ſ. qui ꝛalentũ
verbi dei absconditũ in terra.
sacerdotẽ ꝓmũ ꝛ sophoniã sacer
a ¶ qui hostium fidei aperire debẽt et tenentes
clauẽ scientie nec intrãt nec alios irrare ꝑmittũt
dotẽ secũdũ: ꝛ trẽs custodes ve
stibuli. Et ỏ ciuitate tulit eunu q
chum vnũ q̃ erat ꝓpositus sup
d viros bellatores: ꝛ septẽ viros r
de his qui videbant faciẽ regis
e qui inuẽti sunt in ciuitate: ꝛ scri s
bã principẽ militũ qui ꝓbabat
f tyrones: et sexaginta viros de t
populo terre q̃ inuẽti sũt in me
dio ciuitatis. Tulit aũt eos na
buçardã magister militie ꝛ dux
it eos ad regẽ babylonis in reb
g latha. Et ꝑcussit eos rex baby/
a ¶ in multitudine scelerũ et amoꝛe voluptatũ
Lata ẽ et spaciosa via que ducit ad mortem et
multi intrant ꝑ eam.
lonis ꝛ interfecit eos i rẽblatha
a ¶ ꝑ peccata
in terra emath. Et trãslatus est
a ¶ q̃ nois dei confessores videnꝰ. b ¶ in re
gnũ cõfusionis et errozis.
h iudã: de terra sua. Iste est po v
pulus quẽ trãstulit nabuchodo
nosoꝛ. In anno septimo iudeos x
¶ primo.
tria milia: ꝛ viginti tres. In an y
no octauo decimo nabuchodo
¶ secundo.
nosoꝛ transtulit de hierusalem
animas octingentas triginta

a ¶ Et cyathos. i q̃b⁹ ꝓbabaꝰ vinũ ꝛ oleũ vtrũ essent
apta ad sacrificiũ. b ¶ Quotquot aurea aurea ꝛc. qz
oĩa vasa aurea ponebãt ad vnã ptẽ: ꝛ argẽtea ad aliã:
ꝛ erea similiter ad aliã. c ¶ Titulos duodeci ereos:
boues vocanꝰ. iij. Reg. d ¶ Qui erãt sub basib⁹. ba
ses dicunꝰ hic ptes fundi maris enei: qỏ sedebat super
illos. xij. vitulos. ꝛ tres respiciebant ad orientẽ: ꝛ tres
ad occidentẽ: ꝛ tres ad meridiẽ: ꝛ tres ad aquilonẽ.
e ¶ Mõ erat pondus eris. ß ỏr ad designãdũ magnitu
dinẽ ꝛ multitudinẽ ei⁹ intãtũ q̃ nõ posset de facili sciri
pondus determinatũ. f ¶ De colũnis aũt. duab⁹ su
prãdictis. g ¶ Decẽ ꝛ octo cubiti altitudinis ꝛc. ỏ in
telligẽdũ est de stipite. qz tota colũna ex quattuoꝛ ptib⁹
ỏdictis cõstituta habebat. xxx. cubitos i altũ. vt ỏr. ij.
Paral. iij. ꝛ declaratũ ẽ ditꝰ. iij. Reg. b ¶ Et funi.
duodeci cu. ꝛc. i. ei⁹ grossitiẽ. ¶ Pozo grossi. ei⁹. i. ipsi
situdo. k ¶ Quattuoꝛ digitoꝝ ꝛc. sup vtrãq; erea. q̃
rũ forma erat valde subtilis ꝛ artificiosa. ꝓut dictũ fu
custodientibus mādata tua † Peccauim⁹ iniquitatē fecimus: impie egimus: et recessim⁹ et declinauimus a mandatis tuis ac iudicijs. Nō obediuim⁹ seruis tuis ꝓphetis: qui locuti sunt in nomine tuo regibus nostris ꝓncipibus nostris: patribus nostris: ōmnic̄q; populo terre. Tibi dñe iusticia nobis aūt cōfusio facies sicut est hodie viro iuda ꝛ habitatoribus hierūsalē: omni israel: his q̄ ꝑpe sunt: ꝛ his qui ꝓcul in vniuersis terris ad quas eiecisti eos ꝓpter iniquitates eoꝝ in quibus peccauerūt in te dñe. Nobis cōfusio faciei: regib⁹ nostris: ꝓncipibus nostris ꝛ patribus nostris qui peccauerunt. Tibi aūt dño deo nostro misericordia et ꝓpiciatio: quia recessimus a te: et non audiuimus vocē dñi dei nostri vt ambularemus in lege eius quā posuit nobis per seruos suos ꝓphetas ꝛ ois israel ꝓuaricati sunt legē tuam: ꝛ declinauerunt ne audirent vocē tuā: ꝛ stillauit sup nos maledictio et execratio q̄ scripta est in libro moysi serui dei quia peccauimus ei. Et statuit sermones suos quos locutus est sup nos et sup ꝓncipes nostros q̄ iudicauerunt nos: vt supinduceret in nos malum magnū quale nunq̄ fuit sub omni celo scōm quod factū est in hierusalem: sicut scriptum est in lege moysi. Om ne malum hoc venit sup nos. Et nō rogauim⁹ faciem tuam domine deus noster vt reuerteremur ab iniquitatibus nostris: et cogitarem⁹ veritatē tuā. Et vigilauit dñs sup malicia ꝛ adduxit eā sup nos. Justꝰ dñs de⁹ nr̄ i oib⁹ opib⁹ suis q̄ fecit. Nō eni audiuim⁹ vocē ei⁹. † Et nūc dñe de⁹ nr̄ q̄ eduxisti ꝑplm tuū ō terra egypti i manu forti: ꝛ fecisti tibi nōmē ſm diez hāc: peccauim⁹: iniq̄tatē fecim⁹ dñe i oēm iusticiam tuā. Auertat obsecro ira tua ꝛ furoz tu⁹ a ciuitate tua hierlm ꝛ a mōte sc̄o tuo. Propt̄ pctā ei nra ꝛ iniq̄tates

a Peccauim⁹: in oī genere peccati. ſ. qđ explicat cōsequēter. b Iniquitatem fe. cōtra homines. c Impie egi: cōtra deū. Pietas em̄ est cultus diuinus: ꝛ ideo impietas est recessus a debito cultu diuino. d Et re. a mandatis tuis: ea totaliter deseredo. e Et de. primo paulatim contrariuꝝ agendo: quia non statim decidit homo in ꝓfundum peccatorum. Dicit aūt: A mādatis tuis. ꝓpter p̄cepta moralia. A iudicijs. ꝓpter iudicialia. f Nō obedi. Hic ꝓsequēter remouet circūſtātias excusantes que sunt ignorantia et infirmitas. Primū remouet̄ per hoc q̄ populus isr̄l fuit obediēs verbis ꝓphetarum ex ore dei loquētiū. Secūdū remouet̄ ꝙ hoc q̄ nō solū vulgares homines peccauerunt: imo etiā illi qui credebant esse viri ꝓfecti in populo. ꝛ hoc est qđ dicit: Nō obedierūt⁹ seruis tuis ꝓphetis q̄ locuti sūt in nōie tuo. non ex capite ꝓprio. g Regibus nr̄is ꝓncipibus nostris ꝛ patribus nr̄is. i. sacerdotib⁹ q̄ quasi patres habebant. h Omnic̄q; populo terre. hoc addit vt nemo apparcat excusabilis. i Tibi dñe iu. qz ista mala incurrim⁹ ꝓpter pctā nostra. sequit: k Tibi aūt dño. d. n. m. ꝛc. qz citra cōdignū punisti nos. Et nota q̄ frequēter hic repetit eandē inſiam sub alijs verbis ostēdēdo dei iusticiā ꝛ misericordiā ꝛ populi israel iniq̄tatē: talis enī est cōditio loquentis ex affectu ꝛ ꝙsuadentis indicē vt ipm̄ magis moueat ad clemētiā. l Et stilla. Hic describit cōditiones aggrauātes q̄ sunt obstinatio i peccato: ꝛ ingratitudo de beneficijs acceptis: q̄ patent ex hoc q̄ licet dñs ꝑcuteret cos paulatim ad cox correctionem: et mitteret ꝓphetas ad reuocādū eos: nō sunt tñ reuersi ad rogādū dñm: ꝛ regratiādū de paterna correctione: sed obstinati sūt in malis suis: ꝓpter qđ finaliter venerūt maledictiōes sup eos scripte i lege moysi Deut. xxvij. vbi maledicunt trāſgredientes legē domini: ꝛ ꝟ qđ dr hic: Et stillauit sup nos maledictio ꝛc. ꝛ bñ dicit stillauit: qz nō simul vno ictu descēdit sup eos dei punitio: sed primo passi sūt aliquas ꝑcutiones ꝑticulares ad eorum reuocationē ꝛ correctionē anteq̄ totaliter captiuarēt ꝙ nabuchodonosor vt ptz ex decursu quarti libri Reg. ꝛ ij. Paral. ſe quit: m Et statuit sermōes suos ꝛc. i. stabiles ostēdit in punitione nostra iusta. sequit: n Et sup. in nos magnū malū ꝛc. figura hypbole est ad designādū magnitudinē sue tribulationis. Vel ſm veritatē hist̄orie pōt hoc exponi de tēp̄li cōbustiōe in quo deus colebat ꝛ tale malū nō fuit factū alicubi: qz i nullo alio loco erat tēplū deo celi dedicatū. o Et nō ro. fa. tuā dñe de⁹ noster ꝛc. i quo ostēdit eoꝝ obstinatio. p Et cogi. veri. tuā. i puniēdo nos. q Et vigila. dñs sup ma. nr̄am. ſ. sup maliciā culpe. r Et addu. eā sup nos. puniendo nos iuste. cetera patēt. s Et nūc dñe. Hic ꝓp̄r declarat intētio postulantis et primo quātū ad petitiōis materiā. ſcōo quātū ad ipetrādi fiduciā. ibi: Propter temetipsū. tertio ꝙtū ad petētis instantiā ꝛ deuotionē. ibi: Ex audi dñe: Circa primū cōsiderādū q̄ materia sue petitiōis est duplex. ſ. amotio mali ꝛ collatio boni. Ad impetrādū primū reducit ad memoriā malū seruitutis egyptiace ab eis amotū ꝙ dñm: qz modus magnifici est dare citꝰ bñficiū postulatū qñ ꝓcedēs bñficium ad memoriā reducit vt habeāt. iij. ethicoꝝ: ꝛ ꝟ facit daniel in ꝓposito dicens: Et nunc domine deus noster qui eduxisti populum tuū de terra egypti in manu forti. pharaone ꝑtinendo et mirabilia ꝓ populo tuo faciendo que nō poterāt fieri nisi virtute infinita. t Et feciſti tibi nomē. quia per illud factū nomen dñi publicatū fuit quasi ꝙ vniuersam terrā. v Secundū diem hāc. i. vt patet in hac. qz filij isr̄l tunc dispersi per orbem narrabant ea que dñs ꝓ eis fecerat in egypto. sequit: ꝓ Auertat obsecro ira tua ꝛc. meraphorica est locutio. deus em̄ dicitur irasci qñ punit. qz ad modū hoīs iratꝰ se habet. ꝛ sic daniel petit punitionis amotionē. y A ciuitate tua hierusalē. in qua vigebat cultus diuinus ex diuina electione. z Et a monte sancto tuo. in quo erat templum. quia illa pars ciuitatis hierusalem in qua erat templum erat mōtuosa, sequit:

Hierusalem

a Hierusalē ⁊ po.tu⁹ in oppro. sunt
om. p circūt. nostrū: qz nō solūmodo
babylonij captiuauerūt filios isrl: sed
etiā assyrij et alij populi q̄ erāt ī circūi
tu eoz̄: multos detinebāt captiuos
de filijs isrl. b Et ostēde faciē tuā.
hic ponit scām q̄ē materia suę peti/
tionis. s. collatio boni. c Sup san.
tū ⁊c. q. d. restitue ciuitatē ⁊ tēplū in
statū pristinū. d Propter temetip/
sum. Hic scdo tangit impetrādi fidu/
cia: qz inmittit diuine bonitati ⁊ clemē/
tie ⁊ nō ꝓprie iusticie. ⁊ b est q̄ dicit:
Propter temetipm. i. ꝓpter bonitatē
tuā. Inclina deus me⁹ ⁊c. e Exau/
di dñe. Hic describit orantis instātia.
cū dr: Exaudi dñe. ꝓces benigne audi
endo. f Placare. offensam remit/
tēdo. g Attēde ⁊ fac. nobis cōsola
tionē ꝓfectā tribuēdo. h Memo/
reris. qz tēpus instat in quo promissi
cōsolationē dare nobis. i Propt
temetipm. vr. s. veritas tua cūctis ap/
pareat ⁊ bonitas. ⁊ vt cult⁹ tibi debi/
tus ꝓsoluat: ꝓpter q̄ cult⁹ subdit: Quia
nomē tuū ē īuocatū sup ciuitatē ⁊c.
k Cūq; adhuc loquerer. Descripto
mer: to oronis ex pte danielis, hic cō/
sequēter ponit modus reuelatiōis ex
pte gabrielis, ⁊ dividit in duas ptes.
qz primo ponit danielis excitatio. scdo
et facta reuelatio. ibi: Septuaginta
hebdomades. Circa primuz dicit sic:
Cūq; adhuc loquerer. cōfitēdo dei iu
sticiā ⁊ potētiā. l Et. o. iuocādo eī⁹
clemētiā. m Et cō. p. ⁊c. ad ipetrā
dū indulgētiā. n Adhuc me lo. ī
quo oñdit velocitas exauditiōis di/
uine. o Ecce. v. g. qz in specie viri
angelus apparebat. p Que vi. in
vl. ā prin. i. i visione descripta ca. ꝑce.
q Cito vo. i q̄ exprimit ꝓmptitudo
angelo⁹ ad exequēdū dei mādatū.
r Tetigit me. excitādo ⁊ cōfortādo.
s In r. sa. v. Ex quo pz q̄ a mane vs
q̄ ad vesperā orauerat daniel. Patet
etiā q̄ p dicta verba oronis ꝓlata fue
rūt cū magno tractu tpis ⁊ meditatio
nis: ⁊ talis oratio est deo acceptabil.
nō aūt illa in qua sūt multa ẏba mul
tiplicata sine attētione animi ⁊ deuo/
tione: cūlis erat oratio ethnicoz̄: vt hr̄
Matth. vj. t Et docuit me. de futu/
ris ad cōsolationē ppli isrl. u Dix/
itq; da. nūc e. sū. vt do. te ⁊c. Dicunt
aūt angeli egredi q̄n̄ mittunt ad nos
a facie dei nō q̄ ab eī⁹ cōtēplatiōe re/
cedāt: ꝑ q̄ ad nos q̄ sum⁹ remoti acce
dūt. x Ab ex. p. t. ꝑ dicit vt oñdat
oronē danielis acceptā cōsolationi.
y Egressus ē sermo. i. dei fnia de fu/
turis. z Ego aūt veni vt indicarē
tibi. s. dei sentētiā. a Quia vir de
siderioz̄ es. i. deo amabilis. Vel alit:
Desiderioz̄. i. desiderans scire secreta
diuina ad dei laudē et populi libera/
tionē. b Tu ergo animaduerte ser
monē et intellige. Frequenter excitat
eū angelus ad ostēdēdū magnitudi/
nē ⁊ altitudinē diuini secreti sibi reue
lādi: qz aduēt⁹ christi apud hebreos
habebāt pro maximo secreto. Ad qđ
denotādū. lxx. iterꝑtes illud Esa. ix.
Vocabit nomē eī⁹ admirabilis cōsi/
liarius: de⁹ fortis ⁊c. sic trāstulerunt.
Vocabit nomē eī⁹ magni cōsilij ange
lus: ⁊ in hoc officiū ecclesiasticū sequi
tur trāslationē eoz̄. quia sic accipit
ī introi/

a ꝑm nr̄oz̄: hierlm et ppls tu⁹ in
ſ gentibus.
opprobrio sūt omnib⁹ p circūitū
nostrū. Nunc ergo exaudi de⁹ no
ster oratiōnē serui tui ⁊ ꝑces eī⁹:
a ſ imple qđ ꝓmisisti. b ſ templum.
bc b ⁊ ostende faciē tuaz sup sanctuā/
rium tuū quod desertū est. Pro/
a ſ nō nos q̄ indigni. b ſ antroposparos qñ ex
audimur ĩclinare de⁹ aūt videt qñ respicit: videt
nos dignārer respicere oculis qñ auertit faciē et
oculis et aurib⁹ videmur indigni.
pter temetipsum inclinā de⁹ me⁹
a ſ fac nos dignos visione tua ⁊ audituī.
aurē tuā ⁊ audi: aperi oculos tu
os ⁊ vide desolationē nostrā ⁊ ci
a ſ si nō nos saltē ciuitatē. b ſ da gloriā nomi
uitā tē sup quā īuocatū est nōmē
ni tuo. a ſ qz indigni.
tuū. Neq; enī in iustificatiōnib⁹
a ſ humiliter. b ſ de dbus ꝓsumim⁹.
nostris ꝓsternim⁹ ꝑces ante faci
a ſ ꝑm multitudinē miserationū tuarū dele iniq/
em tuā: sed in miserationib⁹ tuis
tatē nostrā. a ſ seruos. b ſ et si iratus.
cf multis. Exaudi dñe: placare dñe
a ſ et si aduersus. b ſ qđ petim⁹. c ſ velociter
exaudi nos. d ſ nihil mai⁹ đd ergo ꝓpt
gd attēdē et fac. Me morēris ꝓpt tē/
semetipm rogatus pōt negare. ſ affectuose
ſ ideo. a ſ ne des alienis honorē tuū.
metipsum deus me⁹: qz nōmē tu
a ſ in protectionē.
um īuocatū ē sup̄ ciuitatē ⁊ sup
ſ timere qđ tuū est. a ſ adhuc te loquēte di
cam adsum. b ſ endiadis.
k pm tuū. Cūq; adhuc loquerer
a ſ qz est cōfessio laudis determinat. b ſ nō rm
ppli qz ī multis offendim⁹ oēs vel ex hūilitate ⁊ si
nō peccauit se pplo adiūgit vt venīā cōsequāt.
l m ⁊ orarē ⁊ cōfitērer peccāta mea.
et peccata populi mei israel: vt p
sternerem ꝑces meas in cōspe/
ctu dei mei: ꝓ mōte sancto dei
a ſ vñ adhuc eo loquēte dicā ecce adsum.
n mei ādhuc loquēte me in oratio/
a ſ nō sexū sed virtutē significat honorabilio
o ne mea † Ecce vir gabriel quē vi
ri sexu. a ſ in ꝓterita visione quā hic exequit.
q derā in visiōe a ꝓncipiō cito vo/
a ſ qz a sacrificio maturino vsq; ad vesperinū ora
tio durauit: ⁊ iō deū ad miserēdū flexit. vñ: Mul
tū valet deprecatio iusti assidua.
r s lās tetigit me in tempore sacrifi
a ſ tā obscura ē visio vt etiā ꝓpha doceri egerat.
t cij vesperi: et dōcuit me et locu/
v tus ē mihi. dixitq; : Daniel nunc
a ſ nō a facie dei ⁊ ab eo recederē q̄ vbiq; ē ſz vt
re docerē. ſ ab inuisibilitate fact⁹ tibi visibilis.
egressus sum vt docerē te ⁊ itelli
a ſ ex quo rogare incepisti imperrasti
x geres. Ab exordio ꝓcū tuarum
a ſ a deo. b ſ sententia.
egressus est sermō. Ego aūt veni
y a ſ q̄ ignoras. b ſ siue deo amabilis: ⁊ dei amore
dign⁹ vt salomō idida dicit vel vir desideriox̄ vt
ꝓ desiderio tuo secreta audias cōscius futurorū.
a vt indicarē tibi † qz vir desideriō
a ſ si ſ danieli ꝛ đ nos facere oportet: ſrū ocu
li ignorātie tenebris et caligine vitiorū cecati sūt.
b ruz es tu. Tu ergo animaduerte
sermonem: et intellige visionem.

in introitu misse maioris in natiuita/
te domini. Septuagīta hebdomadeſ.
Hic conseq̄nter ponit reuelatio fa/
cta danieli. ⁊ diuidit in duas partes.
quia primo ponit ipsa reuelatio. secū/
do ipius reuelationis expositio. ibi:
Scito ergo et aīaduerte. Circa primū
cōsiderādū q̄ daniel motus ex cōside
ratione ꝓphetie. Hieremie. orabat ꝓ
consolatione populi isrl ⁊ liberatione
eius de captiuitate babylonica: vt vi
sum est in principio capituli. Et domi
nus qui plus dat q̄m ab eo petatur ex
abundanti non solū sibi hoc futurum
reuelauit: sed etiā liberationē fiēdam
p christū: cui⁹ erat figura illa libera/
tio de captiuitate babylonica: ⁊ sic do
min⁹ reuelauit Danieli plenū intelle/
ctum ꝓphetie hieremie: qz ī illis. lxx.
annis in fine quoz̄ liberatio captiui/
tatis babylonice facta est: figurat⁹ fu
it nūerus septuagenarij⁹ hebdomada
rū: in cui⁹ fine erat fienda liberatio p
fecta per christi passionē. Ad intelle/
ctū aūt dicēdoz̄ duo sunt hic ꝓmitte/
da primū ē qualiter accipiēda est hic
hebdomada. scdm ē quātum cōtinēt
lxx. hebdomade. Circa primum scien
dum est q̄ hebdomada idez est quod
septimana vel septena. et ideo aliqui
dixerūt q̄ hic accipit septena vel heb
domada iubileoz̄: quaz quelibet con
tinet quinquaginta annos. Alij aūt
dixerunt q̄ hic accipitur hebdoma/
da centenariozum quarū quelibet cō/
tinet centum annos. Sed vtrūq; isto/
rū patet falsū. primo q̄ adhuc nō est
ablatū sacrificiū ⁊ hostia de hierusa/
lē: nec ciuitas hierusalem destructa ꝑ
ducē populi romani: quia ille hebdo/
made non essent implete. Contrariuz
aūt manifeste apparet verum: qz ante
ista multis temporibus ciuitas hieru
salem destructa est per romanos: et p
consequens sacrificium ablatū est in/
de et hostia et oblatio: quia non est li/
citum iudeis talia offerre alibi. Item
nūq̄m inuenit in scriptura hebdoma/
da iubileozum vel centenariozum: sed
bene inuenitur hebdomada dierum:
Leuit. xxiij. vbi agitur ō festo pente
coste: et hebdomada annoz̄ Leuit.
xxv. vbi agitur de iubileo. ⁊ ideo ex/ † Bla.
ponere hunc passum de hebdomadi/
bus iubileozum vel centenariox̄ est fi
ticiū: cū talis hebdomada vel septe/
na nō inueniat alibi in scriptura. Ité
iudei nūq̄m acceptūt hebdomadā cen
tenariozū vel iubileozum: nec aliqui
eozum vnq̄m exposuerūt sic istū locum.
⁊ ideo christiani qui sic volunt expo/
nere magis iudaizant in hoc q̄m ipsi:
per hoc cōcludentes q̄ p locū istū nō
potest probari christi aduentū esse cō/
pletum. Alio modo potest accipi heb
domada vel septena dierū: sicut acci/
pit cōmuniter: ⁊ hoc modo nō potest
accipi hic: quia totum tēpus. lxx. heb
domadarum nō cōtineret vltra annū
et dimidiū: ⁊ sic quod hic ꝓdicit im
plendū in illis. lxx. hebdomadib⁹ fu/
isset impletum infra annū et dimidiū.
Tertio modo accipit hebdomada vt
septena annoz̄: quarū quelibet cōti/ † Bla.
net septē annos: ⁊ hoc mō oportet q̄
accipiat hic ꝓ locū a diuisione. qz nul
lo ꝓdictoz̄ modoz̄ potest accipi
nec alius modus potest rōnabiliter
dici

dicī ab eis: cum nō inueniat hebdomada aliter dici in scriptu
ra: nec etiam in vsu cōmuniter loquentium. Sed adhuc restat
dubium qualiter accipiatur hic annus: quia vt dictum est hic
iste hebdomade sunt annoz̄um: ⁊ sic acceperunt etiam oēs ex/
positores tā hebreī q̄m catholici. Sed dubiū est vtrū istī anni lu/
telligant lunares vel solares q̄ distinguunt ab inuicē: qz ann⁹
lunaris est breuior anno solari. ccl. xj. diebus. Dicit igit Beda et
Aphricanus ⁊ expositores catholici cōiter ipos sequentes q̄
iste. lxx. hebdomade sunt annoz̄ lunariū. Monet aūt ad hoc
dicendū q̄ iudei sic cōputāt vt dicūt. Item p hoc q̄ in littera
iste hebdomade dicunt abbreuiate: et sic videnf intelligi de
hebdomadibus annoz̄ lunariū q̄ sunt breuiozes q̄m hebdo/
made solarū. Sicut enī annus solaris excedit annū lunarem
in. xj. diebus. sic hebdomada vna annoz̄ solarū excedit heb
domadā annoz̄ lunarium in. lxxvij. dieb⁹. Sed hoc dictū nō
videt verum. primo quia iudei nō cōputant per annos luna/
res sed tm̄ solares. aliter sequeret q̄ pasca eoz̄ iam circūisset
totum annū. ita q̄ celebratū fuisset in quolibet tempore anni:
quia tenent facere pascha de mādato legis. xiiij. luna primi mē
sis. Si igit cōputaret per annos lunares: sequeret q̄ reuolu/
to anno pasca eoz̄ celebraret per. xj. dies ante solennitatē pa
scalē ꝓcedentis anni. ⁊ sic cōsequenter de aliis solennitatibus
paschalibus. Ex quo pz̄ q̄ infra satis breue tēpus celebraret ī
oibus tēporibus anni: qđ manifeste pz̄ falsum ex vsu eozum.
Et ideo dicendū q̄ hz̄ iudei incipiāt annū a prima luna ꝓpin/
quiori equinoctio vernali. tm̄ per embolismos fit equatio tpis
apud eos: qz terti⁹ ann⁹ apud eos habet. xiij. lunationes. Ité
q̄ dicit q̄ hebdomade dicunt hic abbreuiate. nō valet: qz in
hebraico dr̄ ꝑcise: ⁊ sonat ac si diceret q̄ illud tēpus est deter/
minatū ⁊ rataū a deo: ita q̄ illa abbreuiatio nō sonat hic di/
minutionē: sed magis determinatiōz tpis ⁊ ꝓfinitionē. Ité ex
positores iudeoz̄ sup locū istū nunq̄m fecerūt mentionē de an/
nis lunarib⁹ sed tm̄ de solarib⁹. ex quo pz̄ q̄ hic sunt accipiē/
di anni solares: aliter nō haberem⁹ argumētū contra iudeos
cū nullus eoz̄ modo ꝓdicto accipiat. Ité in toto veteri testa/
mento fit cōputatio p annos solares: ⁊ oēs sic cōputant: sicut
manifeste patet in Genesi ⁊ alijs libris. Ex quo pz̄ q̄ dictum
Bede et Aphricani ⁊ alioz̄ sequētiū supponit falsum. Sic igi
tur patet primū scz̄ qualiter hebdomades hic sunt accipiēde:
scz̄ hebdomades annoz̄ solarium. annⁿ aūt solaris continet
cccl x. dies. annus aūt lunaris minoz̄ est. xj. diebus: vt dictū
est. Secūdū qđ est ꝓmittendū ē quātū tēpus cōtinēt iste. lxx.
hebdomades. ⁊ patet de facili q̄ continēt. cccc x. annos sola/
res: qz quelibet hebdomada cōtinet septē annos. si vero mul/
tiplicent. lxx. p septē resultant. cccc x. Dis visis accedēdum
est ad exponēdū lram: ⁊ circa hoc primo ponēda est ⁊ reprobā
da quedā expositio q̄ apud iudeos est cōmunioz̄ ⁊ celebrioz̄ et
est expositio Ra. Sa. Iste igit Ra. Sa. incipit cōputationem
lxx. hebdomadarū a destructione tēpli facta p nabuchodono
soz̄ ⁊ dicit eas cōpletas in destructione secūda tēpli p Titū et
Uespasianū: ita q̄ tēpus mediū inter istas duas destructiōes
ſm ipm nō cōtinet nisi. cccc x. annos in q̄bus licet ppli isrl
sustinuerit aliquas aduersitates: tm̄ cū hoc habuit aliquas ꝓ
speritates: qz redijt de captiuitate babylonica ⁊ tēplū fuit re/
edificatū ⁊ ciuitas ⁊ sacerdotes ⁊ principes in populo ꝓpriis
legib⁹ vti ꝓmissi sunt. Sed post destructionē secūdā p Titū ⁊
Uespasianū cōpletis hebdomadib⁹ ꝓdictis sunt ī pfecta capti
uitate in qua dimittit eos deus. vt dicit Ra. Sa. vt p hoc desi/
stant a peccatis ⁊ puniāt ꝓ ꝑteritis et mereanf q̄ visiones ꝓ
phetarū ꝑ christo impleanf: ⁊ ista captiuitas durabit vsq; ad
aduētū xpi. Sic igit adaptat lram. Variat tm̄ lram aliq̄ modo
accipiēdo in aliq̄b⁹ locis aliter q̄m habeat trāslatio nostra: vt
videbit exponēdo lram. Dicit igit sic: Septuaginta hebdo/
mades. i. septuaginta septene annoz̄ q̄ cōtinēt tēpus ꝓdictū.
Precise sūt. hec ē lra hebraica ſm eū. i. cū ꝑcisione diffinita a
deo. ita q̄ nō sūt plures nec pauciores. Sup populum tuū. s.
isrl. Et sup vrbē sanctā tuā. s. hierlm a prima destructione q̄ fa
cta est p nabuchodonosoz̄ vsq; ad secūdā q̄ futura est: ad hoc
vt ꝑfecte puniant de malefactis suis: ꝓpter qđ sequit: Ut cō/
mereanf apud deū q̄ deleaf iniquitas eoz̄. Et adducat insti/
pleaf visio et ꝓpheta. i. ꝓmissiones facte p ꝓphetas de xpo:
Et vngaf sanctūsanctoz̄. vbi enī nos dicim⁹: Sanctus Ra. Sa.
⁊ pnūciaf in neutro ⁊ ī masculino. Sic igit exponit: Ungaf
sanctūsanctorū. i. tēplū qđ reedificabit p messiā: ⁊ arca testa/
menti et alia vasa sanctuarij. Scito ergo ⁊ aīaduerte. Hic po/
nitur

nitf explicatio ꝓdicte visionis magis in particulari: qđ sic ex
ponit Ra. Sa. Scito q̄ ⁊ aīaduerte: verba sūt angeli danielē
excitantis ad attēdēdū. De exitu sermonis ita q̄ vbi dicim⁹
ab exitu dicit ꝺ exitu. vt ꝓ ꝓpositionē cōiūcta nō designet ter
minus a quo sit incipienda cōputatio: sed denotet materia ꝺ
qua angelus vult loqui. qz. ē. dixerat danieli: Ab initio pre/
cū tuarū egressus est sermo. Ut sit sensus: Tu daniel scito et
aīaduerte de exitu sermonis vt iterū edificet hierlm. i. intelli
ge diligenter qualiter sermo egressus a deo de edificatiōe hiē
rusalem sit intelligēdus. Quia vsq; ad xpm ducē hebdoma
des. vij. i. vsq; ad cyrū qui dict⁹ est xps Esa. xlv. Hec dicit do
min⁹ xpo meo cyro ⁊c. Ipse enī fuit dux iudeoz̄ inquātū ꝑce
pto eī⁹ reduxit fuerūt de captiuitate babylonica: ⁊ a destru/
ctione tēpli et ciuitatis facta p nabuchodonosoz̄ vsq; ad pri/
mū annū cyri fluxerūt. lij. anni qui faciūt septē hebdomades
annoz̄. i. xlix. annos et adhuc vltra tres annos: sed angelus
nō numerabat nisi hebdomades ꝑfectas. Tres aūt annos q̄
ptinēt ad hebdomadā sequētē dimisit: qz numerarī cū heb
domadib⁹ sequētib⁹. Et hebdomadibus. lxij. reuertef ita q̄
vbi dicim⁹: Hebdomades. lxij. in nōiatiuo ipse ponit in abla
tiuo: ⁊ hoc fit sine mutatione lre hebraice: qz oīa nōia hebrai
ca sunt indeclinabilia: ita q̄ nō est variatio ibi p casus: ꝛ tm̄
p plurale ⁊ singulare ⁊ vbi dicim⁹: Et iterū ipse dicit: Reuer
tef: qz in hebraico satis cōsimiliter scribunf. Sic q̄ exponit:
Et hebdomadib⁹. lxij. i. in tpe qđ fuit a licētia data p cyrū re
uertendi vsq; ꝓpe destructionē factā p Titū: Reuertef. i. po
pulus de captiuitate. Et edificabit platea. i. ciuitas. Et muri
in angustia tēpoz̄: qz in tpe illo toto habuerūt aliqua ꝓspe/
ra: vt pz̄ in reditu captiuitatis ⁊ reedificatiōe tēpli et cōsili/
bus: ⁊ etiā aliqua aduersa. Et post hebdomades. lxij. occide
tur. xps. i. agrippa rex: de quo legit Act. xxvj. q̄ fuit rex ī iu
dea: ⁊ sic dicit xps ꝓpter hoc q̄ reges inungebanf: sicut de
saule ꝺr̄. ij. Reg. j. Quare non timuisti mittere manū in xpm
dñi. Iste aūt agrippa vt dicit Ra. Sa. occisus ē circa illa tpa
ī q̄bus destructa est ciuitas ꝓ Titū ⁊ Uespasianū. Et nō illi:
sic enī est in hebraico vbi dicim⁹: Et nō erit illi populus q̄ eū
negatur⁹ est. sic ergo exponit: Et nō illi. i. ipse agrippa nō erit:
qz ꝓ morte tollet⁹ de medio. Alij aūt iudei moderni hoc addūt
sic: Et nō ei. i. nō agrippa nec aliq̄s rex de cetero de gēte iude
oz̄um quousq; veniat xps ꝓmissus in lege ⁊ ꝓphetis. Et ci/
uitatē ⁊ sanctuariū dissipabit populus cū duce vēturo: ꝺ ex/
ponit sicut et nos de destructione hierlm ⁊ tēpli facta ꝓ ducē
ppli romani. Et finis eī⁹ vastitas. i. finis ppli romani: qz ille
ppls ⁊ oēs aduersarij iudeoz̄ finaliter vastabunt ꝓ regē mes
siā. Et vsq; ad finez belli statuta desolatio. ita q̄ vbi dicim⁹:
Post finē ⁊c. ipse dicit: vsq; ad finē ⁊c. qđ exponit sic cōtinu/
ando ꝓdict⁹: q̄ hz̄ oēs aduersarij iudeoz̄ vastēt finaliter per
messiā. vt dictū est: tm̄ statuta. i. a deo diffinita desolatio ciui/
tatis hierlz ⁊ regni iudeoz̄ erit vsq; ad finē belli. s. gog ⁊ ma
gog. de q̄bus loquit Ezech. xxxviij. Et deuincent ꝓ regem
messiā ⁊ tūc restituet ciuitas hierosolymitana et regnū iude/
oz̄: vt dicit iste Ra. Sa. Cōfirmabit aūt pactū multis hebdo
moda vna ⁊c. qz in vltima septena anno⁹ fuerūt treuge inter
populū romanū ⁊ iudeos: q̄s treugas vocat ꝺ pactū. s. pacis
sed iudei cito fregerūt treugas et rebellauerūt: ⁊ sic in medio
illi⁹ hebdomadis. s. ī quarto anno: venit exercit⁹ roman⁹ et
dissipauit ciuitatē ⁊ tēplū ⁊ captiuauit ppl̄m: ⁊ sic defecit ho
stia et sacrificiū iudeoz̄: qz non est eis licitū talia facere extra
hierlm. ⁊ hoc q̄ ꝺ: Et ī dimidio hebdomadis. s. ī vltima
eī⁹ medietate. Deficiet hostia et sacrificiū. Jn tēplo. i. in loco
vbi fuerat tēplū. Et abominatiō desolatiōis: qz ibi fuit statua
Adriani imperatoris posita in loco vbi steterat arca: et vsq;
ad cōsummationem et finē belli gog. s. et magog. Perseuera
bit desolatio iudeozum: qz deuicti⁹ gog et magog ꝓ messiam
restituet regnū iudeozum: vt dicit. Contra istā expositionez
arguit primo de numero annoz̄: quia a destructione hieru/
salem p nabuchodonosoz̄ vsq; ad destructionē eius p Titum
et Uespasianū: non posuit iste Ra. Sa. nisi. cccc x. annos pre
cise: quia ſm omnes historiographos sunt multo plures: sed
hanc obiectionē omitto: quia in cōputatione annoz̄ secut⁹
sum Ra. Sa. tā ꝑ rōnabili⁹ dicent⁹ sup libū Hester ⁊ ī aliq̄
bus alijs locis. Ité id qđ exponit: Ut cōsumet ꝓuaricatio. i.
vt desistāt a ꝓuaricatiōib⁹ ⁊ ꝓcis: pz̄ esse falsū: eo q̄ a tpe de
structiōis facte p romanos nō destiterūt iudei a ꝓcis. imo sūt
augures ⁊ piuratores ⁊ multi alijs ꝓcis irretiti: q̄ maxime ꝓ
hibēt ī lege moysi. Ité ꝺ id qđ exponit. Et deleat iniq̄tas. i.
mereāt apud deū ꝓ captiuitatē modernā: vt iniq̄tas eoz̄ de/
leaf apud deū. Quero ab eis q̄ sit ista iniq̄tas delēda: qz aū

captiuitatē

Septuaginta hebdomades abbreuiate sunt sup po. Hebrei exponunt ita. Quasi. O daniel scito ab hac die qua tibi nūc loquor. erat aūt ann⁹ p̄im⁹ darij qui occidit baltha/sar: & regnū chaldeo⁹ in pſas medoſq; tran/

a ſ quasi cito reſpiciet de⁹ populū ſuū,p q rogasti q rū nō es⁹ ē ſicut dixiſti ibi: qz nomē ſuū inuocatū est sup. c.z sup populū ſuū: sed su⁹ est ,p quo sup/plicasti. b ſ anno:ū.i. cccc.xc. ab exitu ſermois vr iterū edificet hierusalē. c ſ nō numero. ſ. vt nō sint. cccc.xc. āni sed quantitatez: nō ei vt aiunt ſm annū ſolarem cōputandi q hz dies. ccc.lxv. sed ſm lunarē annū q habet dies. ccclxiij. ſuperat ſola/ris lunarem dieb⁹. xi.

a **Septuāginta hēbdomades āb/** a†

a ſ nō meū vt dixiſti: Simile loquit de⁹ in exodo ad moyſen: Descēde qz peccauit populus su⁹ qua ſi nō meus quē deſeruit.

breuiatę sunt sup populuz tūum b

stult: vsq; ad. lxx. annū hebdomadarū. i. ānos. cccc.xc. hec po/pulo tuo p̄ptes acci/det. Primū ,picia/bit tibi de⁹ sicut p̄ca/ris: & delebit̄ pecca/tū: & finē accipiet p̄/uaricatio. nūc ei⁹ v/be & tēplo destructis i luctu ē ꝓls: ſ i bre/ui restaurabit̄: & nō ſolū ſ fiet i his. lxx. hebdomadib⁹ ſz na/scetur xp̄s. i. iuſticia ſempiterna & signabi/tur viſio & ,phetia vt ,phēta nō iueniat i iſrl: & vngat ſctūſſan/ctoꝝ q̄: Propꝫea vnxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo

Pſ. 44. Leui. 21. d

le. &c. q̄ dicit: Sancti estote qz ego ſanct⁹ sum. Scito ḡ qz ab hac die qua nūc tibi loquor: & dei sermonē ,mittto q̄ reuertat̄ ppls & hie/rusalē reſtauret vsq; ad xp̄m & deſolationez tēpli hebdomades numerēt. lxij. & alie. vij. in q̄b⁹ iuxta ordinē ſuū due res fient. de q̄b⁹ ante dixi: q̄ reuertat̄ ppls & reedificet pla/tea a neemia & eſdra sub artarxerxe. xx. āno regni ei⁹: In fine ḡ hebdomadarū cōplebit̄ dei ſnia & angustia tēporū q̄s rursū deſtruet̄ tēplū & capiet̄ ciuitas. Hā post. lxij. hebdo/mades occidet̄ xp̄s: & nō erit ei⁹ ꝓls q̄ eū ne/gatur⁹ est: ſiue vt illi dicūt: nō erit illi⁹ ppū ſperiū q̄ putabat se retenturū: & q̄d dico de xp̄o occidēdo: & negaturo ꝓlo penit⁹ dese/rēdo: cū et ciuitatē & ſanctuariū diſſipatur⁹ sit ppls roman⁹ cū duce vēturo. i. Veſpaſia/no: q̄ mortuo trāſactis. vij. hebdomadib⁹. i. an. xlix. belī⁹ adrian⁹ a q̄ postea ō ruinis hie

Tertulianus

rusalēvrbs bella cōdita ē: rebellātes iudeos timore ꝓpho magiſtro exercit⁹ pugnāte ſupa/uit: & tūc defecit hoſtia & ſacrificiū: & vsq; ad cōſūmationē mūdi cōtinuabit̄ deſolatio.

Tertulian⁹ i libro ꝛ iudeos hec ad verbū air: Vñ ḡ oſtēdim⁹ qz xp̄s venit intra. lxij. hebdomadas. Numer⁹ a primo anno darij q̄m eo tpe oñdit̄ danieli viſio hec: dicit ei⁹ in/tellige & cōſjce a ,phetatione sermonis rūde re me tibi hec q̄ ſequūt̄ in textu de cōſtructio/ne muri &c. Vñ a primo āno darij debem⁹ cō/putare. Tūc enī hanc viſionē vidit Daniel: Videam⁹ igit̄ quot mō anni ipleanꝭ vsq; ad aduētū xp̄i. Dari⁹ regnauit annis. xix. artar/xerxes. xlj. ochus q̄ & cyrus ānis. xxiij. arg⁹/vno anno. ali⁹ dari⁹ q̄ & melas. xxj. alexāder macedo annis. xij. post eū regnauit ſother in alexādria ānis. xxxv. cui ſuccedēs philadel/phus regnauit ānis trigitanouē. Post hūc euergetes ānis. xxv. deīde philopater. xvij. post hūc epiphanes. xxiiij. Itē alius euerge/tes annis. xxxvij. Sother ānis. xxxviij. pto/leme⁹. xxxvij. cleopatra annis. xx. & mensib⁹ ſex. Itē cleopatra cōregnauit auguſto ānis. xij. post cleopatrā auguſt⁹ alijs. xliij. ipera/uit. Hā oēs āni auguſti fuerūt numero. lvj. Scim⁹ aūt q̄ i. xl. āno & primo ipiū auguſti q̄ post mortē cleopatre iperauit nat⁹ ē xp̄s: & ſupuixit auguſt⁹ ex q̄ nat⁹ est xp̄s annos. xv. & erūt reliq̄ tpa annozū i die natiuitat̄ xp̄i in annū auguſti. xlj. post mortē cleopatre anni cccc.xxxvij. et meſes vj. vñ implent̄. lxij. hebdomades: & dimidia: q̄ faciunt annos. cccc/xxxvij. & meſes. vj. i die natiuitatis xp̄i & ma/nifestata est iuſticia eterna & vnct⁹ ē ſanctus ſanctoꝝ

captiuitatē babylonis fuerūt iudei idolatre maximi & occisores ,pphetaruz: vt ptz ex quarto libro Regū: & multis alijs pctis irretiti: & tñ ,p oib⁹ iſtis de/lēdis nō ſuſtinuerūt captiuitatē niſi. lxx. annis: ſm Ra. Sa. A tpe aūt titi ſu/stinuerūt captiuitatē p. M. cc. annos & ampli⁹: & adhuc neſciūt terminū capti/uitatis: ḡ oportet illa iniq̄tas q̄ p hāc captiuitatē delet̄ ſit maior quāſi incōpa/rabiliter q̄s illa q̄ pceſſit captiuitatē babylonicā: ſz nō pōt aliq̄ aſſignari niſi illa q̄ interfecerunt xp̄m q̄ fuit maxima iniq̄tas. A reditu enī captiuitatis babyloni/ce nō legunt iudei fuiſſe idolatre vel occisores ,phe/tarū et actores cōſimiliū criminū ſicut añ. ,ppt q̄d nul/la alia cā hui⁹ captiuitatis pōt aſſignari rōnabiliter niſi occiſio xp̄i ſm q̄ predixit ſaluator Luce. xix. Vi/dēs ieſus ciuitatē ſāctā hierl'm &c. & ſic nō ē expectan/dus xp̄s de futuro: vt dicit iſte expoſitor. Itē ꝛ illud q̄d dicit: Et ipleat viſio & ,pphetia. i. p meritū iudeoꝝ in hac captiuitate implebūt viſiones & ,phetie de xp̄o q̄: Aggei. ij. ꝛ: Adhuc vnū modicū & mouebo celū & terrā &c. Sequit̄: Et veniet deſideratꝰ cūctis gētibus & replebo domū iſtā glia. Scōm oēs expoſitores ca/tholicos & hebreos iſte deſiderat⁹ cūctis gētib⁹ intel/ligit̄ xp̄s Cū ḡ dicat ,pba q̄ post vnū modicū debeat venire nō pōt adhuc itelligi vētur⁹ de futuro: q̄a tpe

Aggei vsq; ad destructionē factā p romanos fluxerūt. cccc. anni & pl⁹ ſm cō/munē cōputationē. Fm ℞o cōputationē hebreoꝝ fluxerūt anni. cccc.xc. Et itez a destructiōe facta p Titū vsq; nūc fluxerūt āni. M. ccliij. ſ. vsq; ad annū p̄ſi. M. cccc.xviij. Icluſiue i ḡ hec postilla fuit vltimate cōrecta. tñ aūt tp̄s nō pōt dici modicū. Itē i eadē auctoritate dic̄ ,pba i ꝑſona p̄ſi: Replebo domū iſtā glia: & loq̄t ,pba ō tēplo reedificato post captiuitatē babylonicā: ḡ stāte iſto tēplo venit desideratꝰ cūctis gētib⁹. i. xp̄s. Itē ℥ id q̄d dicit: Et vngat ſctūſſi/ctoꝝ: p̄ b itelligēs arcā testamēti & alia vaſa ſactuarij q̄ p messiā debēt recupa/ri. q: ℣: Hiere. iij. Cū multiplicati fuerit̄ & creuerit̄ i terra. In die⁹ illis ait: vꝑs: Nō dicēt vltra arca testamēti p̄ſi: neq; aſcēdet sup cor: neq; fiet vltra &c. q̄ nō ſūt p messiā recuperāda. Itē q̄ hic xp̄m vocat Cyrū: et postea agrippā cū subdit: Occidet̄ xp̄s. ptz fallū ex mutatione ꝓsone: qz ꝑsiē text⁹ ptz q̄ lo/quit de eodē xp̄o. Itē q̄ dicit agrippā occīo cita tpa destructionis ciuitatis p Titū et Veſpaſianū: videt̄ eē manifestū fallū: q: b nō bñ i aliq̄ hiſtoria aut̄/tica: imo Joſephus libro de iudaico bello dicit eū cōfederatū fuiſſe romanis tpe iſti⁹ belli. Itē q̄ postea subdit: Vſq; ad finē belli gog & magog statuta &c id est diffinita ē a deo deſolatio ciuitatis hierl'm & ptz fallū: qz ciuitas hieroſo/lymitana reedificata fuit postea p Adrianū ipatorē. Itē q̄ subdit: Cōfirma/bit aūt pactū multis &c. q̄ exponit de treugis fact̄ inter iudeos & romanos circa tp̄s deſtructiōis ciuitat̄: videt̄ manifeste fallū: qz Joſephus de b nō lo/quit̄ nec i libro antiq̄tatū: nec i libro de iudaico bello: vbi diligēter deſcribit oīa q̄ fuerūt facta iter ꝓlm iudaicū & romanū tpe illo. Þ etiā ptz p b q̄ dr in lra. Mult⁹. qz ſi cēt vex fuiſſet factū cū oib⁹ iudeis: & nō cū aliq̄b⁹ tm. Ex oib⁹ p̄dict⁹ ptz expoſitio p̄dicta falſa & irrōnabilis. Alis viſis ponēda est expoſitio catholicoꝝ dicētiū iſtas hebdomades ipletas i xp̄i paſſiōe. Circa q̄ ſciendū q̄ est vna cōis expoſitio quā ſequūt̄ cōiter expoſitores catholici. & ē expoſitio Bede: ſ illā ad p̄ns omitto duplici de cā. Una est q̄ hec expoſitio ponit̄ mul/tū exp̄ſse i gloſa ſup Danielē i loco iſto: & in ſcholaſtica hiſtoria: & ō ibi pōt re/currere q̄ vult eā ibi videre. Alia cā est: qz illa expoſitio videt̄ mihi falſa: quia cōputat p annos lunares ſupponēdo q̄ Þ mō cōputāt iudei q̄ō &c. ſ. ipz obatū vt viſū est. Et ō aliter expono cōputādo p annos ſolares. Ad cui⁹ euidētiā sciēdū q̄ cōputatio ānozū ſolariū dupliciter pōt accipi. Uno mō ſm Joſephū ſm q̄ & reditu captiuitat̄ babylonice vſq; ad p̄ncipatū machabeoꝝ fluxerūt āni. cccc.xliij. vt bñ i libro ātiq̄tat̄ iudaice. Principat⁹ ℣o machabeoꝝ durauit cxxvij. annis ātiq̄tat̄ iudaice li. xiiij. ca. vl. Ertūc herodes aſcalonita cui⁹ tpe nat⁹ fuit xp̄s: vt bñ Matth. ij. regnauit i iudea. xxviij. ānis vsq; ad natiuitatē xp̄i: nec obſtat q̄ aliq̄ hiſtorie dicūt xp̄m natū. xxxj. anno regni herodis q̄ cō/putāt ab anno q̄ fuit ei datū regnū p imp⁹ romanū q̄ō fuit p tres ānos an/teq̄ haberet illud occiſo antigono: q̄ vltim⁹ regnauit ō machabeis: & ſic fluxerūt. xxix. āni & p̄cipiū. xxx. vsq; ad baptiſmū xp̄i Luce. iij. Jeſus erat incipi/ens. xxx. annoꝝ &c. & ſic fluxerūt. vij. anni vsq; ad. iiij. ānū post paſſionē ei⁹. Iſti ℣o anni ſimul iūcti faciūt. ccccccv. ānos. a quibus ſi reſcindāt̄. cxv. anni qui fluxerunt a reditu captiuitatis babylonice acciplendo a primo anno cy/ri q̄ extūc dedit ꝓlo licētiā redeūdi ō babylone vſq; ad. xx. ānū excluſiue ar/tarxerxis: q̄ tūc miſit neemiā ad reedificādū ciuitatē hierl'm. Neemie. ij. rema/nēt. ccccxc. āni q̄ faciūt. lxx. hebdomades anno⁹ ſolariū. Et ſic nūer⁹. lxx. heb/domadarū icipit a. xx. āno excluſiue regni artarxerxis. & terminat̄ i quarto an/no post paſſionē xp̄i. Mō reſtat oñdere. q̄ a ꝓmo anno cyri vſq; ad. xx. ānū ar/tarxerxis fluxerūt. cxv. āni q̄ō oñdit̄ p chronicas latinoꝝ ſm q̄s cyr⁹ regna/uit. xxx. annis: cābyſes filī ei⁹. viij. duo magi. vij. meſib⁹ q̄ ꝓ vno āno cōputā/tur. q: sūt maioꝛ ps anni. dari⁹ hyſtaſpis. xxxvj. xerxes filī⁹ ei⁹. xx. arthaban⁹ meſib⁹. vij. q̄ cōputāt̄ ꝓ vno anno artarxerxes. xix. vsq; ad miſſionē neemie.

Anni vero iſti simul iūcti sūt. cxv. Alis viſis accedēdū ē ad lram. cū dicit:

a Septuagīta hebdo. vbi primo ponit̄ hebdomadarū reuelatio. cū ℣: Se/ptuaginta hebdomades q̄ cōtinēt. cccc.xc. annos vt. ſ. dictū ē. b Abbreuia/te sūt. i. sūt regiſtrate i dei ꝑscientia. c Sup ppl'm tuū. ſ. iudaicū.

Et sup

ſanctoꝝ. i. xp̄s & signata ē viſio & ,pphetia & dimiſſa sūt pecca/ta p fidē nois xp̄i. Quid ē aūt q̄ dicit ſignare viſū & ,pphetiā q̄m oēs ,pphete vēturū annūciabant & paſſurū. Quia ḡ iple ta ē ,pphetia: p aduentū ei⁹ ſignari dicebat viſionem & ,phe/tiā: q̄m ſignaculū ē oīm ,pphetaꝝ implēs oīa q̄ retro ō eo an/

a ſ nō meā. b ſ in paſſione

& sup vrbē ſanctam tuām: vt cōn a† b+

xp̄i q̄ rulit peccata mūdi. a ſ delera.

ſumetur ꝓuaricātio: & finem acci/ c

a ſ expoſitio. ſ. ꝛpe grate.

piat peccatum: & dēleatur iniqui d

a ſ cuāgelū. ſ q̄ legis iuſticiā vincat.

tas: & adducat iuſticia ſempiēna: d

a ſ lex & ,pphete vſq; ad Johānē: q̄ añ aduēt⁹ xp̄i hec oia magis ſperabāt q̄m reuerebant.

& t ipleat viſio & ,pphia: et vngat e f

ciet hoſtia & ſacrificiū dimidiū hebdomadis hui⁹ q̄ntuſdecim⁹ ann⁹ tyberij ceſar⁹ erat: qñ inchoato xp̄i baptiſmate hoſtiarij purificatio fidelib⁹ paulatim vilescere cepit. Itē q̄ ſequit̄ i tē/plo erit abominatio deſolatiōis: & vſq; ad ꝯſūmationē & finez pſeuerabit deſolatio. ad ſequētia tēpora reſpicit: cui⁹ ,pphetie veritatē hiſtoria vetez et nōz tēpoꝛū euētus teſtat. Totū ideo testimoniuz ,pphete ponētes q̄tuz facultas ſuppe/tebat exp̄ſuimus: qz ℣ & a pleriſq; le/ctoꝛib⁹ ignozari & ſpeciale genus heb/domade flagitare cognouim⁹, fallūt enī q̄ putāt hebreos talib⁹ ānis vſos. alioqn tora veter⁹ inſtrumēti ſeries va cillat: nec vlli⁹ etas tāta quāta ſcpta ē debet itelligi: ſz ad lune cursū ſtringi. Sciēdū sane q̄ aphrican⁹ hebdoma/darū cursū q̄e nos i decimū ſeptimū vel decimū octauū tyberij ceſar⁹ annū q̄ dñm paſſū credim⁹. iuxta chroniczs euſebij pdu xim⁹ ab eodē q̄ nos incipi/ens exordio q̄ntodecimo eiuſdē impe/ratoꝛis anno: q̄ eū paſſum credidit pnat esse cōpletū. ponens ānos regni pſarū. cxv. macedonū. ccc. romanoꝝ. lx. Sed dili/gens lector q̄ magis putauerit ſequēdū eligat. Aphrican⁹, Uicesimo āno artaxerxis regis pſaꝛ. pceſſit ſermo q̄ Neemi/as eius pincerna ſicut in Eſdra legit̄ rogauit et impetrauit vt reedificaretur hierusalē & hic est ſermo qui egreſſus est q̄ ex truende vrbis dedit licentiā que vſq; ad tempus illud vicina/rum gentiū patebat incurſibus. Siquidem ad cyri regis impe/rium qui volentibus reuerti in hierusalē dederat poteſtatem ieſus & ꝯozobabel & eſdras ſacerdos: et qui cū eis ,pficiſci vo/luerunt templū & vrbem & muros eius edificare conati ſūt. ,p/hibentibus in circuitu nationib⁹ ne impleretur opus: q̄ſi hoc fieret regis iniuſſu. Pendebat ergo opus iterruptuz: vſq; ad neemiā: et. xx. artaxerxis annum quo tempore regni perſaruz. centū. xv. anni fuerant euoluti. captiuitatis autez hierusalem clxxv. Tunc primuz artaxerxes iuſſit muros extrui. & neemi/as pfecit operi. Tūc edificata est platea & muri circūdati. Si illo tēpoze ſi numerare velis. lxx. ānoꝛū hebdomadas vſq; ad chriſtū inuenire poteris. Si ℣o harū hebdomadaruz ,ncipiū ab alio tēpoze ſumim⁹: & tempoza nō occurrunt & multa cōtra/ria incurrim⁹. Hā & ſi a cyro & ,ma ei⁹ indulgētia: q̄ iudeoꝝ laxata est captiuitas. lxx. hebdomadas numeram⁹: cētū ānos & eo ampli⁹ inueniemus qui iſtū hebdomadarū excedant nu/merū: & multo plures ſi ex quo danieli locutus est angel⁹: ad/diturqz ampliꝰ numerus ſi captiuitatis principiuz habueris hebdomadarū exordiū. ꝑmanſit enī regnum perſaruz vſq; ad initium macedonū annis. ccxxx. & macedones regnauerūt an/nis. ccc. atq; exinde vſq; ad annum. xv. tyberij ceſaris q̄ chri/ſtus paſſus est anni sūt. lx. qui omnes faciūt. dxc. ita vt cētum ſupſint anni. a vicesimo autez anno artaxerxis vſq; ad chriſtū cōplentur hebdomade. lxx. iuxta lunarē ſuppuratiōnē hebre/oꝝ: qui meſes non in xta ſolis ſed lune curſū numerant. Hā a centeſimo &. xv. anno regni perſarū q̄s artaxerxis eiuſdem re/gni viceſimū imperij ſui agebat ānū: & erat octogeſime & tertie olympiadis ānus quart⁹ vſq; ad ducēteſimā & ſecūdā olym/piadem & ſm eiuſdē olympiadis annuz tyberijq; ceſaris annū xv. colligunt̄ anni. cccc.lxv. qui faciūt ānos hebꝛeoꝝ. cccc.xc.

Mota aphricanū & bedā in ſūma cōuenientes in hoc ſolo diſ/ſentire q̄ aphrican⁹ dicit regni romani ſexaginta ānos fuiſſe vſq; ad. xv. annum tyberij ceſaris q̄ād dicit paſſum chriſtū. Beda ℣o. lvij. annos vſq; ad. xvij. annū regni tyberij ceſar⁹ q̄ād dicit chriſtū paſſum. Licet ergo dicat. lvij. annos fuiſſe vſq; ad annū. xvij. tyberij ceſaris in quo innuit non niſi. lvij. annos fuiſſe vſq; ad. xvij. annū tyberij ceſaris. tñ cum aphri/cano in ſūma ꝯuenit: qz q̄ aphricanus in regno perſarū min⁹ ponit: in regno romanoꝝ plus ponit ſed ſequamur Bedā q̄ di/cit chriſtū. xvij. anno tyberij paſſum fuiſſe: qz ſm Lucā ſtatim p⁹. xxx. annū q̄ fuit. xv. ann⁹ tyberij ceſar⁹ xp̄s ē baptiz⁹. De inde p⁹ tres ānos paſſus & ſic. xvij. nō. xv. an. tyberij ceſaris.

Nico. de lyra

Scito ḡ

a Et sup vrbē ſanctā tuā. ſ. hierl'm. b At ꝯſumet ꝓuarica/tio. i. terminet. ideo ſubdit: c Et finē accipiat peccarum. p chriſti paſſionē. d Et adducatur iuſticia ſempiterna. p eius p̄dicationem. e Et impleat viſio et ,pphetia. de chriſto pre/dicta. f Et vngatur ſanctuſſanctoꝝ. i. chriſtus qui in huma/nitate vnctus est oleo gratie pre conſortibus ſuis.

Scito

¶ Scito ꝯ. Mō nos moueāt hebrei si pr̄ numerenr̄. vij. hebdomades. ⁊ postea. lxij. ⁊ rursus vna i duas ptes diuidatur. Est enī ꝟ idioma hebrei fmonis: ⁊ antiq̄ latinitatis: vt aū minorē numerū supponāt post maiorē: vbi gr̄a. Nos iuxta ꝓprietatē lingue nr̄e nūc dicim⁹ abraā vixit ānos. clxxv. Illi econtrario vixit. v. lxx. c. Non igit vt legit ita adimplet: ꝟ vt totus pariter supputet: ita finē accepit. Nec ignorādū ꝙdam illoꝝ dicēt: qō vna hebdomadas ꝺ q̄ ꝺr: Cōfirmabit a. p. m. e. v. diuidatur ⁊ vespasianū ⁊ adrianum: vt iuxta historiā Josephi vespasian⁹ ⁊ rytus trib⁹ ānis ⁊ septē mēsib⁹ pacē cū iudeis fecerint. Tres autē āni ⁊ sex mēses ſꝟ adriano cōputent: qū hierr̄m oīno subuersa ē: ⁊ iudei cateruatim cesserūt vt a iudee q̄z finib⁹ ꝓpellerēt. ꝟ aiunt hebrei nō magnopere curātes a primo anno darij regis ꝑsaꝝ vsq; ad extremā eversionē hierusalē: que sub adriano accidit: computari olympiades. clxxiij. i. annos. ꝺcc. xvj. qui faciūt hebdomadas hebdomadas. cclxxiij. i. annos tres q̄ chochebas dux hebreoꝝ ē oppressus ⁊ hierr̄m vsq; ad solum diruta est. ¶ Cōfirmabit

Nico.de lyra

a Scito ꝯ. Nic ꝙsiter ponit dicte reuelatiōis expositio. Ad cui⁹ itellectū ꝙsiderandū q̄ angel⁹ diuidit. lxx. hebdomades in tres ptes. s. in. vij. ⁊. lxij. ⁊ vnam: q̄z in istis ptib⁹ ꝑ specialia opa facta sūt in ꝓplo iuda. Mā in ꝑmis. vij. ꝓpl's cū labore magno reedificauit hierr̄m ⁊ eam tenuit ꝟ aduersarios. naꝫ vna manu faciebāt op⁹ ⁊ altera tenebāt gladiuꝫ. Recmie. iiij. ꝓpē aduersarios insurgētes in edificatiōe. ⁊ post i alijs. lxij. ꝓpl's aliq̄ habuit ꝓspera aliq̄ aduersa. in vltima xo xp̄s ꝓdicauit ⁊ passus fuit. ⁊ fides xp̄i multū fuit dilatata p ꝓdicatiōez apl'oꝝ post xp̄i mortē: vt ptz in actib⁹ apl'oꝝ. Dixit igit angelus. Scito ꝯ ⁊ aūaduerte tu daniel ꝙliter hebdomades sūt intelligēde. Ab exitu fmonis vt iterū edificet hierr̄m scz a. xx. anno artaxerxis tūc mittētis neemiā ad ei⁹ reedificationem. Usq; ad xp̄m ducē. i. vsq; ad xp̄i baptismū vt q̄ fuit declarat⁹ dux fideliū ꝑ patris ⁊ spūssancti testimoniū. Mar. iij. Hebdomades septē in q̄b⁹ ꝓpl's tu⁹ cū labore magno ciuitatē reedificabit ⁊ tenebit. Et hebdomades. lxij. in q̄b⁹ nūc aduersa nūc ꝓspera sustinebit. Et rursū edificabit platea et muri ⁊c. ꝟ dicit ad ostendendū q̄d futurū erat in septē hebdomadib⁹ primis. Et p⁹ hebdomades. lxij. cū. vij. primis q̄ faciunt hebdomades. lxix. occidet xp̄s. s. i vltima hebdomada q̄ icipit a baptismo xp̄i: qz post baptismū ꝓdicauit trib⁹ ānis cū dimidio ⁊ tūc passus fuit i medio illi⁹ hebdomade. Et nō erit ꝓpl's ei⁹ q̄ cū negatur⁹ ē: qm̄ iudei negātes cū coīa pilato extūc nō fuerūt ei⁹ ꝓpl's. Et ciuitatē ⁊ sanctuariū. i. hierl'z ⁊ tēplū. Dissipabit ꝓpl's cū duce vēturo. i. exercit⁹ romanor̄ cū ꝓncipe tyto. Sciendū itaq; q̄ hec dissipatio non fuit impleta infra dictas hebdomades. lxx. ꝟ postea p. xxix. ānos fm istā expositionē: qz tū fuit facta i penā mort' xp̄i: vt hr̄ Luc. xix. ideo ꝟ immediate ponit post mortē xp̄i de q̄ aū immediate fit mētio. Et finis eius scz ciuitat' hierr̄m. Castitas. p exercitu⁹ romanor̄. Et p⁹ finē belli. s. romanoruꝫ ꝟ iudeos. Statuta desolatio. i. desolatio ciuitat' vel iudeoꝝ a deo ꝓfinita. Cōfirmabit autē: qz occasione mort' xp̄i erierat termios. lxx. hebdomadaꝝ i penā dicte mortis: vt dictū ē. ido reuertit ad ostēdendū q̄d ampli⁹ debeat fieri i vltima hebdomada de q̄ icepat dicere: ⁊ ñ ꝓfecerat dicēs: Cōfirmabit aūt pactū mult'. i. legē euāgelicā q̄ ꝺr pactū nouū Hiere. xxxj. Hebdomada vna. s. vltia i q̄ xp̄s trib⁹ ānis ⁊ dimidio ꝓdicauit legē euāgelicā: ⁊ eam ꝓfirmauit ꝑ miracula ⁊ mortē suā: ⁊ i trib⁹ annis rcsiduis cū dimidio ꝑ ꝓdicationem apl'oꝝ: vt ꝓdictū ē. Et i dimidio hebdomadis deficiet hostia ⁊ sacrificiū: qz i medio illi⁹ hebdomadis passus ē xp̄s vt visū ē ⁊ tūc sacrificia leg' cassa ⁊ mortua fuerūt. Et i tēplo erit abominatio desolatiōis. Istud fuit diu post. lxx. hebdomades q̄n adrian⁹ ipator suā statuā fecē poni i loco vbi steterat arca dñi. Et qz posset ꝝri quātū durabit captiuitas siue desolatio iudaici ꝓpl'. rñdet dicēs: Et usq; ad ꝙsūmationē. s. mūdi: tūc enī fm doctores catholicos ꝙuertēt iudei ad fidē xp̄i. Hunc ꝫ exponēdi modū secut⁹ sū aks q̄n ꝓnō scripsi sup danielez. Sz qz postea ꝙfidēs de dei aditorio aggressum sū scribere super torā sacrā scripturā: ⁊ cū venissem ad libros Esdre et Hester visū mihi fuit. ⁊ adhuc videt saltē meliorē iudicio q̄ enumeratio ānoꝝ q̄ posita ē in expositione ista non bñ ꝙsonat sacre scripture: qz i magna pte sui ꝓcedit fm chronicas latinorū. s. a destructiōe ciuitat' hierr̄m ꝑ nabuchodonosor usq; ad. xx. annum artaxerxis exclusiue: qō tps fm chronicas latinorū fuit

a ſ attentū redditr.

a ſactusſactoꝝ. Scitō ꝯ ⁊ aiaduerte a

clxxxv. ānoꝝ. Secm̄ hāc cōputatiōez mardoche⁹ fuisset. cclxx. ānoꝝ qñ ꝑ assuer⁹ fuit exaltat⁹: nō ē aūt verisile q̄ tātū vixerit. Dicto q̄ vixisset: tū facē nō potuisset illa q̄ ꝺ eo scribūt i libro Hester. s. regere domū regine ⁊ regis palatiū ⁊ eōtare p ciuitatē ⁊ sūla. Q̄ autē sequaꝝ ad dictam enumerationē mardocheū tūc fuisse tāte etatis ostēdit: q̄ ductꝰ fuit i babylonē cū iechonia rege inda vt habeꝫ Hester. ij. ⁊ tūc fuit ad min⁹ decē ānoꝝ. Ip⁹ iechoniā sedechias regnauit. xj. ānis. iiij. Reg. xxiij. Deinde secuta ē captiuitas. lxx. annoꝝ fm chronicas latinoꝝ scz a destructiōe ciuitatis ꝑ nabuchodonosor vsq; ad ꝑmū ānū cyri a q̄ vsq; ad. xix. ānū artaxerxis inclusiue fuerūt ānī. cxx. vt ꝓdictū ē: ⁊ remanēt adhuc de ei⁹ regno xx. ānī. q̄z regnauit. xl. ānis. Xerxes scōs mēsib⁹ duob⁹. Sogdianus mēsib⁹. vij. ⁊ cōputāt isti duo ꝑ vno āno. Darius nothus. xix. Assuer⁹. xij. aū exaltationem mardochei. Hester. iij. Si xo ꝓdicti ānī simul ꝙiūgāt faciūt ānos. cclx. sic als dixi i ꝓncipio libri Hester. iō pono aliū modū cōputādi. lxx. hebdomades ꝓdictas ꝙsonū magr̄ scripture fm quē mardoche⁹. xij. āno regni assueri fuit trāſ. xciij. ānoꝝ vt oñdi i ꝓncipio libri Hester. ⁊ adhuc i sequētib⁹ ostēdet. Mod⁹ etiā iste q̄ dr̄ intēdo ponere ꝓcedet ꝓtim fm sacrā scripturā. ꝓtim fm hebreoꝝ dicta: ꝑpter qō nō poterit ab eis rationabilit ꝛ impugnari trāſ i vno nō intēdo eos sequi i q̄ ostēdā eos deficere manifeste. Primo igitur videndū ē a q̄ icipit computatio. lxx. hebdomadaꝝ scdo vbi terminat: qz i bis duob⁹ iacet vis negocij. tertio ad expositionem ꝛre accedet. Qtū ad ꝑmū dirigit nos xp̄ū angeli dicēt' danieli. Ab exitu fmonis vt iterū edificet hierr̄m ⁊c. Et in hebreo habet: Ab exitu fmonis ad reuertendū ⁊ edificandū hierr̄m ⁊c. Et q̄ videt q̄ a ꝑmo xp̄o ex reuelatiōe dñi ꝓcedēte de reditu ꝓpl'i i hierr̄m. ⁊ ꝑ ꝙsequēs reedificādi ibi templū ⁊ habitacula ministroꝝ ⁊ ꝓpl'i ibidē habitātis: ꝛ adhuc nō erāt data licētia reedificandi muros ciuitatis ⁊ fortalicia. debeat hebdomadarū cōputatio inchoari. Illud aūt xp̄ū hr̄ Hiere. xxix. vbi ꝺr: Cū ceperint ipleri in babylone. lxx. anni visitabo vos ⁊ suscitabo sup vos xp̄ū meū bonū ⁊ reducā vos ad locū istum. Sz q̄ꝫ fuit ꝟ dictū ptz ex ca. xxviij. Hiere. vbi ꝺr q̄ in anno ꝛto sedechie regis mēse. v. hieremias rep̄hendit ananiā falsū ꝓphām. Iste enī asserebat iechoniā: ⁊ q̄ cū eo trāslati fuerāt in babylonē redire i hierr̄m post duos ānos. ⁊ iugū regis babylonis cōfringi ⁊ ꝙsequēter ca. xxix. ponit epla hieremie ad tranſmigratos i babylonē vt nō ꝙfiderēt xp̄is falsoꝝ ꝓphaꝝ. i q̄ scribit ꝟ xp̄ū ex reuelatiōe dñi. Cū iceperit ipleri i babylōe. lxx. āni ⁊c. Et sic ptz q̄ ꝟ xp̄ū dixit dñs ꝑ hieremiā āno ꝛto sedechie circa finē. ꝓpter qō cōputatio. lxx. hebdomadaꝝ debet icipi ab āno ānto sedechie iclusiue. Qtū ad scōm dico q̄ terminatur i āno passiōis dñi iclusiue. Mā icipiēdo ab āno ānto iclusiue regis sedechie habēt sex anni ītegri de regno ei⁹: qz. xj. āno regni sui mēse ꝛto fuit captꝰ ⁊ captiuat⁹. iiij. Reg. xxv. ꝑpter qō ille. xj. annus rōne maioris ptis cōputādus ē in tpe destructiōis ciuitatis ne vn⁹ ann⁹ bis cōputet. A dicta xo destructione vsq; ad ꝑmū ānū cyri fluxerūt. lij. āni fm hebreos. Cyrus xo trib⁹ ānis regnauit fm eos post monarchiā acceptā a quo tpe debet ꝟ fieri cōputatio. Illi xo q̄ dicūt euz regnasse xxx. ānis incipiūt cōputare a ꝓncipio regni sui i ꝑside tm. Ꝑncipiū xo āni quarti q̄ regnauit cyrus cōputādū ē in tpe cāby sis filij sui vn⁹ ne ann⁹ bis cōputet. Cābyses xo sex ānis regnauit vt dicit Joseph⁹ libro antiqtat' iudaice. xj. post quē fm hebreos regnauit assuer⁹ marit⁹ hester. et i ꝟ supra secut⁹ fū eos i ꝓncipio libri Hester. ſ i ꝟ q̄ dicūt eū regnasse. xiij. ānis tm̄ videnē mihi deficere manifeste. Mā assuer⁹ cepit hester vxorē anno septimo regni sui mēse decimo: vt habet Hester. ij. Cuz igit fm ipos dart⁹ filiꝰ assueri ⁊ hester regine post assuerum regnauerit imediate: optet ꝙfir eos dicere q̄ in ꝓncipio regni sui fuit trāſ q̄nq; vel sex ānoꝝ. nā a desꝑsatiōe hester vsq; ad natiuitatē darij trāſijt octauus ann⁹ assueri: vel maior ꝑs ipi⁹ ad min⁹. Nō ē aūt verisimile q̄ talis puer scriberet sic aūtice ⁊ seriose edificationē tēpli: sicut exprimitur de ipso. j. Esdre. vj. Sed ad ꝟ posset respōderi q̄ hester mater sua q̄ iudea erat ⁊ mortua ab suero supuxerat: in fauoꝛē iudeoꝝ fecit scribi illam epl'am. ⁊ si gillari noīe filij sui existētis adhuc pueri. ꝓpter ꝟ hec responsio remouet ibi ꝑ lr̄am sequentē vbi ꝺr q̄ de sumptib⁹ regis ſ necesse fuerit ministrē sacrificia ⁊ offerāt oblationes deo celi: orēt q̄ ꝑ vita regis ⁊ filioꝝ eius. Ex q̄ ptz q̄ erat tante etatis q̄ filios habebat. ⁊ ideo dico cū alijs historiographis q̄ assuerus regnauit. xl. ānis: ⁊ sic dari⁹ filiꝰ ei⁹ q̄n cepit regnare post pr̄em ūediate fuit. xxxij. annoꝝ vel circiter fm ꝓdicta. Anno xo scdo

¶ a Confirmabit aūt pa. Johāne scz ⁊ christo ⁊ apl'is ꝓdicantibus multi saluati sūt. ⁊ cepit vetus hostia in cordibus fidelium vel electorum vilescere. ¶ Cōfirmabit aūt pa. ⁊c. Hoc de trib⁹ annis itelligēdū est: ⁊ dimidio q̄bus christus ꝓdicauit: ¶ q̄ꝫ patribus ꝓmiserat cōfirmauit. ¶ Anno

Nico.de lyra

xo scdo darij resūptū fuit opus tēpli scōi. ⁊ ꝙsūmatū sexto āno regni ei⁹ mēse. xij. j. Esdre. vj. Sciēdū tm̄ q̄ idē an⁹ fuit q̄dragesim⁹ assueri ⁊ ꝑm⁹ darij. nā ci succedit imediate: et sic optet de numero ānoꝝ ipoꝝ vnuꝫ subtrahere. alij vn⁹ bis cōputaret: ⁊ sic assuer⁹ et dari⁹ regnauerūt. xlv. ānis vsq; ad scōdi tēpli ꝙsūmationē. ⁊ inde vsq; ad ei⁹ destructionē ꝑ romanos fluxerunt āni. cccc. xx. fm Ra. Sa. ⁊ alios hebreos q̄b⁹ si iūgāt āni ꝓdicti ab āno q̄nto sedechie iclusiue fūt simul āni cccc xxij. a q̄b⁹ si rescindant. xlij. āni qui post ānū passiōis xp̄i fluxerūt vsq; ad destructionē templi scōi. fm eos historiographos: remanēt āni. cccc. c. q̄ faciūt. lxx. hebdomades ānoꝝ. p̄cise. Et sic ptz scm̄. s. terminatio. lxx. hebdomadaꝝ i āno passionis xp̄i inclusiue. Ex ꝓdictis ptz qō. s. dictuz ē de etate mardochei. nā si acciptant āni ꝟ enumerati ab āno q̄nto sedechie vsq; ad xij. assueri fūt simul āni. lxxix. q̄bus si adiūgāt q̄tuor ꝑmi regni sedechie: et x. q̄s ad minus habui tpe trāslatiōis sue in enīē āni. xciij. sicut. s. dicebat. His dict' accedēdū ē ad expositiōem ꝛre q̄ dividit i duas ptes. i ꝓma ponit reuelatio. i. scōa xo reuelatiōis expositio. ibi: Scito ꝯ. Ꝑma ps exponat sic ¶ expositiōe hebdomadaꝝ imediate pcedēti. nā i hoc ꝙueniunt ꝟ illa.

